

SIBYLLINA

ORACVLA

ET MENAN

DRI. SEN

TENTIAE


Ex Bibliotheca
Dr. ANTON. RULAND
Reg. Biblioth. Univ. Wirceburgensis
Praefecti.
8. Jan. 1874.
Lith. v. Bonitas-Bauer.



Bound for Julius von Thungen
date 1558 on ribbon round
wreath enclosing arms.

Goldschmidt 'G. & R. Binding'
218

leave

[56]

Ex: Ph: A: Ruland: c: ff: 6x

ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΩΝ
ΧΡΗΣΜΩΝ ΛΟΓΟΙ ΟΚΤΩ.

SIBYLLINORUM Oraculorum Libri VIII.

Addita SEBASTIANI Castalionis interpretatione Latina, quę Gręco eregione respondeat.

Cum Annotationib. XYSTI *Betuleij in Græca Sibyllina oracula, &* SEBASTIANI *Castalionis in translationem suam: quæ Annotationes numeris marginalibus signantur.*

Quæ pręterea huic editioni ultra priorem accesserint, diligens lector ex pręfationib. & collatione facilè deprehendet.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

SEBASTIANVS CA-STALIO DE SECVNDA *hac editione Græca.*

Contulit Marcus Antimachus primam editionem Oporini cum exemplari ſuo manuſcripto, & inde multa emendauit, atq; Oporino miſit. Hinc nos in hac ſecũda editione correximus, quæ certè corrigẽda uidimus. Quòd ſicubi dubitari poterat, utra lectio uerior eſſet: utramq; reliquimus, & Antimachianã in margine literis Al. quæ indicent alibi ſic legi, indicauimus. Atq; eodem modo ex Theophilo & Iuſtino Martyre & Clemente Alexandrino (qui citant alicubi Sibyllina) paucis locis fecimus. Ipſi præterea quæ manifeſta errata deprehendimus, plurima correximus, & multis in locis perturbatum ordinem uerborum in integrum reſtituimus. cuiuſmodi eſt uerſus ille in libro primo,

Ἐξ ὅθεν πρωτόπλαστος γένετ' ἀνήρ. οὔνομα δ' αὐτῷ.

Quem nos ſic reſtituimus:

Ἐξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ'. οὔνομα δ' αὐτῷ

Et duabus pag. poſt hunc locũ ſic legebatur:

Δεῖξε γὰρ αἰώνιον ζωὴν ἀνθρώποισιν.

Cum uerſus ratio poſtulet,

Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν.

Vbi uerò dubitauimus, lectionẽ quamuis uitiosam non mutauimus: sed coniecturas nostras in margine posuimus, signatas litera F. qua ostendatur, fortaſsis ita legẽdum esse. Et quidem id sæpe fecimus, etiam in ijs locis, in quibus coniectura propemodum certa erat: ut Lectori integrum iudiciũ relinqueremus. Cætera quæ sunt in margine, non sunt Sibyllarum, sed à nobis adiecta, ut essent indicia locorũ. De Xysti Annotationib. ea deleuimus, quæ in margine posuimus, ne bis eadem ponerentur.

CLARISS. VIRIS DD. THOmæ & Ambrosio Blaureris, germanis fratrib. alteri Reip. alteri ecclesię Constantiensis pręsidibus benemeritis, Dominis suis colendissimis, Xystus Betuleius Augustanus S. D.

Meministis, uiri sanctissimi, quantus philophilus noster Bonifacius Lycosthenes, felici memoria, extiterit, quamq́; polyphiliæ fuerit deditus. Tam fuit ille cœlestis illius doctoris præcepti studiosus, ut nihil prius charitate, nihil antiquius iuuandi studio habuerit: neq; ab hoc officio ulla ingratitudine fuit deterritus unquam, ita ut suis sæpe osoribus benefecerit ultro. Ille inquam philophilus, ille mirabilis amicitiarum cōciliator, meritò mihi, nisi ingratus esse uelim, multis celebrandus est nominibus: sed hoc maximè, quòd neminem, piè saltem doctum, ita solus amauit, aut coluit, quin me uel ex parte aliqua ab ea amicitia hærere uoluerit. Sincerus profectò in illo homine candor, & singulare diuinæ uoluntatis studium. Qui cum nos, ut par erat, arctißimo amore complecteretur, se mihi hoc debere arbitratus est, ut per occasionem, quam hospitij iure habebat oblatißimam, mihi uestram cōciliaret beneuolentiam, quam hucusq; plurimis erga me decla-

rastis argumentis, ita ut absq; ingratitudinis uitio facere non poßim, quin meum erga uos studium, quo tacitè uos hactenus colui, publica aliqua significatione declarem. Et licet hoc ingenij mei (quod exiguum admodum esse fateor) monumēto non fiat: non ingratum tamen uobis fore arbitror, munus hoc, multorum seculorum uetustate sepultum, uestro sub nomine in lucem asseri. Non, inquam, admittere potui, ut quisquam mortalium Sibyllas tot seculis sepultas, hodie renasci prius resciscat, quàm intellexerit, Xystum uestri nominis studiosißimum esse. Diuina prouidentia factū arbitor, quòd ex mul[illegible] longè optimis ex ueneranda uetustate erutis monumētis, hoc ceu primitiæ mihi contigerūt. Nam cum Lactantij Firmiani, acerrimi illius facūdißimiq; religionis Christianæ aduersus gentes defensoris, libros de Diuina institutione ad Constantinum Magnū scriptos, in schola mea iuuentuti enarrarem, & libri illi Sibyllinis testimonijs creberrimis essent conspersi, arbitrabar me non id quod in fabis se reperisse clamitāt, nactum. Neq; profectò me spes fefellit. Nam dum Lactantiana testimonia cum Sibyllinis χρησμοῖς confero, animaduerto uanam eorum eße opinionem, qui credere non potuerunt, Sibyllas quicquā de Christo fuiße uaticinatas: cæteras fortè ex anu Vergiliana, quæ Aeneæ dux ad inferos fuisse à Poeta fin-

eta fingitur, mentientes. Sed rurſus illorum ſententia confirmatur optimè, qui quartã eiuſdem Maronis Eclogam de Chriſti aduentu interpretãtur, quum de aureo naſcentis Chriſti ſeculo, de miraculis, de paßione, de reſurrectione tam certò prædixerint, ut maior illis fides etiam de ſecundo aduentu uaticinantibus, meo quidem iudicio, ſit habẽda meritò. Et ſi Roma ſaperet, ſeſe primo quoq; tempore ad pœnitentiam cõuerteret, quæ iteratò audit: ἔσαι ῥώμη ῥύμη. Imò ſi toti orbi non læua mens eßet, de alio uiuendi genere cogitaret, diẽq; Domini magnum magnis expectationibus expectaret. Sic prorſus ſentio, Deum totius uniuerſitatis opificem & adminiſtratorẽ æternam ſuam uoluntatem, & totam illam fatorum ſeriem, præſertim ad ſalutem mortalium ſpectantem, ſicut Iſraelitis per Prophetas: ita gentibus per Sibyllas oſtendere uoluiſſe, per idem numen fatidicum. Sibyllæ ſiquidem nomenclatio, ſi modò Lactantij expoſitioni credimus, conſilium Dei ſignificat. Quantum autoritatis Auguſtinus Sibyllinis tribuat oraculis, nemo Theologorum, in patrum modò monumentis uerſantium, eſt, qui neſciat. qui tamen præter Lactãtiana, & Erythreæ quædam, in quibus Acroſticha illa, ut opinor, ex Sibyllinis uidit nihil. Non uendico illis Propheticam maieſtatem, quam ueneramur in Hebræorũ prophetis, Eſaia,

Hieremia, & alijs. Sed interim quorundam prophetarum uoces clarè expressas dißimulare non possumus. An non audimus Zachariam manifestè in his uersiculis,

Αὐτὸς σοῦ βασιλεὺς ἐπιβὰς ἐπὶ πῶλον ἐσάγει,
Πρᾶος πᾶσι φανείς,

& quæ sequuntur? An non prorsus idem cum Osea dicit, hoc uersu:

Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστρον εἰς κένωσιν ἥξει, &c.

Quid quòd eandem ciuitatem cœlestem describit, cuius ἔκφρασις speciosa in Apocalypsi legitur. Ergo gentes ad salutem olim uocandæ, non tantum lumen illud habuerunt, quo τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ ex creatione, & perenni illa uisibili mundi administratione intelligere potuerunt. Misit benignißimus Deus & ad ipsas, suæ æternæ uoluntatis interpretes, non furiosas, aut Apollinis alicuius dæmoniaco spiritu agitatas: sed quæ diuini alicuius numinis afflatu, magnalia cunctipotẽtis Dei cecinere. Non inquã illis Enthusiasmus fuit furibundus, id quod uel ex Acrostichis animaduertere est, quibus, literis mystica serie positis, iudicium Christi describitur accuratißimè. Quæ cum cæca gentilitas intelligeret minimè, pro insanis fuerunt habitæ. Non dubito quin futuri sint, qui his uaticinijs, licet multis in locis trũcatis & mutilis, uel interpretatione, uel enarratione sint lumen aliquod illaturi:

laturi: ad quod mihi nec ocij satis, nec eruditionis esse, facile agnosco. Conquisiui ex his ea quæ Lactantianæ, ut dixi, enarrationi inseruire uidebantur. Et cum omnino edendi hi χρησμοὶ uiderentur, uisus sum mihi lectoribus rem minimè ingratam facere, si illas ipsas Lactantianas collationes adijcerē. Quicquid itaq; illius est, sub uestro, Viri clarißimi, patrocinio in lucē exire uolui. Quare munus hoc æquo animo à uestro cultore suscipite, & Xystum uestrum solita beneuolentia complecti pergite. Valete. Ex Augusta Vindelicorum, quarto Calendas Nouemb. Anni à Redemptoris natiuitate 1544.

SEBASTIANVS CASTAlio, Mauro Musæo, Francisci Galliæ regis apud Heluetios legato S. D.

MOSES ille diuinus Hebræorum legislator, rationem nobis, Maure Musæe, tradidit, qua ueros uates à falsis dijudicare poßimus. Si quis enim apud uos, inquit, aut uates extiterit, aut somniator, qui uobis signum aliquod aut prodigium edat, idq́; signũ aut prodigium uobis ab illo prædictum euenerit: & tamen idem uos cohortetur ad deos alienos, uobisq́; ignotos, sequendos, colendosq́;, nolitote illius aut uatis orationi, aut somniatoris obtemperare somnio. Tentat enim uos Ioua Deus uester, ut discat an se toto pectore, totoq́; animo ametis. Ex his Mosis uerbis perspicuũ fit, eum qui & futura prædicat, & Deum colere, atq; à falsorum deorum cultu abhorrere doceat, uerum, afflatumq́; diuinitùs esse uatem. Quòd si ea est Sibylla (cuius hæc nos oracula tractamus) ut & cùm de cæteris omnibus ferè rebus, tum de Christo (ad quem oracula omnia referri debent) ea prædixerit, quæ mirabiliter ad rẽ cecidere: & eadem Deum unũ colere docuerit: dubitari profectò nõ potest, quin ea uerè uates sit. Sed sunt nõnulli, quibus hæc oracula nimis aperta uideantur:

tur: ideoq; ficta putent ab aliquo Chriſtiano, ad pelliciẽdos gentiles ad Chriſtum, & ad Chriſtianis gratificandum. Alij, qui quamuis uera eſſe fateantur, negent tamen his egere Chriſtianos, ſatis ad Chriſti cognitionem ſcriptis Hebræorum munitos. Contra quos mihi dicendum exiſtimo. Igitur qui nimis aperta putant, faciunt arroganter ſanè, qui Deo uaticinandi modum præſcribant: quaſi non ei liberum ſit, apertè, obſcurè, apud gẽtes, apud Iudæos, futura ſuo arbitratu prædicere: aut quaſi non extent in ſacris quoq; literis prædictiones quædam clariſsimæ: ut illius qui dicit fore quendam de ſtirpe Dauidis, nomine Ioſiam, qui ſit ad aram Bethelenſem ſacerdotes ipſos immolaturus: ut Eſaiæ, qui Cyrum multis antè annis nominauit, quàm natus eſt Cyrus: ut Danielis, qui mundi imperia ſic deſcripſit, ut ex re geſta oraculum ſumpſiſſe uideri poßit: & cætera huiuſmodi, quæ ſunt plurima. Sed fateamur ſanè, Sibyllina oracula eſſe clariora. Nõ'ne quæ de Chriſto gẽtilibus prædicta ſunt, ea clariora eſſe oportuit, quòd Moſe, & cætera diſciplina carebant, quæ eis ad Chriſti lumen quaſi præluceret: ut quod hîc deerat, id oraculorum perſpicuitate compenſaretur? Accedit eò, quòd (quemadmodũ patet ex Eſaia) uoluit Deus Iudæis obſcuriorem eſſe Chriſti aduentum, ut in eũ ſæuirent, atq; ita ſuæ pertinaciæ pœ-

nas da-

nas darent, quod idem de gentilibus dicere non licet. Quanquam non debemus hæc oracula ex ea quæ nūc est, luce existimare. Nam quæ nobis post res gestas notißima sunt, ea cum futura prædicerentur, erant obscurißima. Maria, Gabriel, Bethleem, cum nominantur, omnes quid sit intelligunt. At cum hæc tot antè seculis in Græcia à Sibylla dicerentur, quis posset conijcere, quid ea sibi uellent? Adde quòd Deus, qui fuit horum tam clarorum autor oraculorum, idem uoluit etiam ea multis latêre seculis, nec in uulgi uenire manus, sed à paucißimis legi: quòd perinde fuit, ac si essent obscurißima. Quanquam hæc perspicuitas eò ualet, ut uera esse, non falsa appareat. Nam si quis ea finxisset, profectò obscuriora de industria fecisset, ut antè rem gestam scripta, & his similia uiderentur quæ sunt in literis sacris. Quòd si hæc ficta sunt, quando tandem ficta sunt? Ante Christi tempora? an post? si antè, uera sunt oracula. Pòst ficta esse quî possunt? cum multis autorum testimonijs constet, ea Romæ asseruata esse usq; à Tarquinij Prisci temporibus? semperq; Romanos magnis in rebus solitos adire libros Sibyllinos? At dicet aliquis, in eis oracula fuisse de Romanis: sed de Christo non item. O' tergiuersationem. Cur minus enim de Christo, quàm de Romanis? cuius imperium & maius est, & in florētißima Romanorum

norum tempora incidit. Quid si ualidis testimonijs planum facio, illic oracula fuisse de Christo? Est apud Ciceronem in secundo de Diuinatione libro, disputatio de carmine Sibyllino, in qua mētio fit de rege appellãdo, & de illa Acrostichide: quem locum in Annotationibus paulo copiosius explicaturi sumus. Atqui extat Acrostichis, in qua est, IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR, qui in eadem rex appellatur: de qua loqui mihi uidetur Cicero. Quid de Virgilio dicam? qui Eclogã quartam sumpsit ex carmine Cumææ Sibyllæ (testatur enim se ea dicere de ultima Cumæi carminis ætate) quæ Sibylla fuisse uidetur eadē quæ & Erythræa & Persica dicta est, quemadmodum sumus in Annotatiōnibus ostensuri: cuius sunt ea quæ hic in manibus habemus oracula. Atqui in ea Ecloga, ea dicũtur, quæ non nisi de Christo dici possunt. An uidelicet ea dicebat Virgilius, de nescio quo Pollionis filio, quæ ne de Cæsare quidem (quantumuis assentando) dicere auderet? præsertim cum Pollionis filium nusquã nominet? neq; felicitatem illam Pollione patre uenturam dicat, sed consule? Sed esto sanè, dixerit illa de Pollionis filio: nesciebat enim de quo scripta essent. At Sibylla de Christo dixerat, quemadmodum nũc editis his oraculis patet, in quibus uidere licet (si quis diligēter legat) quid

ex quoq; loco sumpserit Virgilius. Ex quo perspicuum fit, ante Christi ætatem fuisse Romæ de ipso oracula. Quæ cum ita sint, non uideo quod nā supersit istis effugiū, nisi si hoc dicent: fuisse quidem Romæ uera de Christo oracula Sibyllæ, sed ea intercidiße: hæc autem, quæ modò prodierunt, esse suppositicia. Vtrum tandem facilius fuit, fingere quæ non extarent? an inuenire quæ extarent? Aut si hæc subditicia sunt, cur non idem de sacris omnibus profanisq; literis dicitur? an est enim in illis omnibus quicquam magis sui autoris proprium, quàm hic omnia Sibyllæ congruunt? At serius prodierunt Sibyllæ. Credo: & quidem quotidie ueteres publicantur libri, quos non ideo fictos dicimus, quòd diutius latuerunt. Adeóne uerò facile est, tale quid ita fingere, ut nusquam appareat fucus? Age, interciderunt multi tum Græcorum, tum Latinorum autorum libri. Fingant omnes docti aliquem illorum, si poßunt, & autores mentiantur antiquos. Scribāt Menandri comœdias, aut Ciceronis de Republica libros, aut aliquid tale, quod pro uetere emittant. Dicam amplius: Conuertit in Latinum sermonem Cicero duas orationes Græcas, Aeschinis & Demosthenis: quæ uersio interijt, Græcis adhuc extātibus. Conuertant eas iterum, si poßunt, ita, ut ipsius Ciceronis interpretatio eße uideatur. Quòd si nō

modò

modò hoc, ſed nec locos in Ciceronis operibus deprauatos probabiliter emendare, aut ſupplere poßunt, cum tamen tot homines docti tam diu in eam rē ſummis ſtudijs elaborent: quid fieri poſſe cenſemus in oraculis Sibyllæ? in quib. etiã intelligendis multũ ſudandum nobis eſt? quorum ea maieſtas orationis, atq; ornatus eſt, ut etiam ſi res in promptu foret, tamē uix inueniri poßet, qui orationem tam feliciter cõponeret: rurſum tanta rerum diuerſitas, copia, in nõnullis etiam obſcuritas eſt, ut ſi nullus eloquendi labor ſit, nemo tamē tam multa diſcere, & ea ſic effari poßit, ut nõ appareat facilè mendaciũ. Oportet enim eũ qui hoc præſtaturus ſit, omnia didiciße, omnesq́; autores, qui de Sibyllis aliquid dixerunt, diligenter euoluiße, ut probabiliter mētiri poßit: adeò ut nõ paulo facilius eße ducã uaticinari, quàm talia fingere. Præterea cur hic tã multi ſunt deprauati loci? tam multi ex quibus nulla poteſt elici ſentētia? tã multi mutilati, perturbati, cõfuſi? quæ omnia ſunt corrupti uetuſtate libri argumenta. Cur etiam quæ à Lactantio & Theophilo citantur, alicubi aliter hic quàm apud illos leguntur? Cur qui finxit, non illinc ſumpſit, quæ inde peti poterant? An hoc fecit, ut nobis ſuum probaret mendacium? Poteſt'ne mendacium probabilius eſſe, quàm uerum? O magna uis ueritatis. Poteſt'ne aliquid

eße in

esse in ueris oraculis, quod non sit in his? Quod si est, aut hæc uera esse fateamur, aut omnia quæ usquam sunt, scripta, in dubium uocemus. Quando autem post Lactantium fingi potuerunt? nam ante Lactantium ficta nemo dicet, cum ea ille Romæ legerit, ubi admitti ficta nunquam potuissent. Ficta sunt credo, per illa tā barbara secula, quibus Græcæ linguæ elementa nouisse pro miraculo habebatur: cum ea si fingi potuissent, non nisi à doctißimo potuissent. Quid igitur? An ficta sunt paulo supra nostram ætatem? cum literæ in Italia à Valla, Sipontino, Politiano, Pico, Gaza, & cæteris excitatæ sunt? Cur non statim edebantur? cur nūc demum prodierunt? Quid si planum facio testibus fide dignis, uetusta esse hæc? an dicent testes esse falsos? Sed refellant eos si possunt: ego tamen citabo. Volo enim ut intelligant homines, undénam hæc oracula prodierint, & ubi manuscripta extent. Nam & ipse principio hoc scire cupij, & in non paucos incidi qui eadem interrogarent. Igitur cū super hac re scripsissem ad Xystum Betuleiū, qui apud Augustam Vindelicorum bonas literas docet, cuiusq; opera peruenit Sibyllæ Græcum exemplar ad Ioannem Oporinū, à quo impressum est, rescripsit ille mihi in hæc uerba: Quæris ubi nactus sim exemplum. nactus sum in bibliotheca nostra, inter libros nuper à magistratu nostro Venetijs

netijs à Græco quodam emptos. Archetypus (unde sedulò transcribi curaui) recens est: eleganter quidem, & splendidè, sed (ut uides) parum orthographicè scriptus. nam contuli religiosè: nolui tamen quicquam in his temerè agere. Sed malui uel mendosum in lucem edere, & medicis submittere manibus, quàm committere ut diutius lateat. Hæc ille. Præterea est Ferrariæ in Italia M. Antonius Antimachus, uir raræ doctrinæ, qui uetus habet exemplar: quod cum hoc, quod ab Oporino excusum est, contulit, & emendationem (nam multos locos ex collatione correxit) Oporino misit: qua ego in transferendo usus sum. Habet & aliud exemplar (sicuti nos ex amico quodam fidelißimo intelleximus) quidam nomine Ranconetus in Gallia: qui tibi, Maure Musæe, notus est: qui uellem imitaretur Antimachum, impressumq; exemplar cum suo conferret, & Oporino mitteret emēdationem. Atq; hos ego testes fide dignos, ex tribus diuersis terrarum regionib. produco, eosq; (ut spero) adhuc uiuentes: quos, si mentirer, mei mendacij testes adhibere neq; poßem, neq; uellem. Et fortaße noluerint se nominari. Sed quemadmodū si litigarem, eis testimonium denunciarem, quib. nota res eßet: ita hic eorum uti testimonio non dubitaui, præsertim in re non parua. Iam uerò qui negant opus eße Sibyllinis, quoniam extent he-

braica, inepte faciunt. Quid enim tam absurdum est, quàm, in philosophia, in grammaticis, in arte dicendi, in poetica, nulla posse librorum multitudine satiari: in oraculis de Seruatore nostro, tam citò nauseare? Ego uerò & Balaami, & Sibyllarum, et Iosephi de Christo testimonijs nō mediocriter delector: putoq́; his non solum Christianos confirmari, sed etiam externos allici posse, atq; conuinci, tanquam productis ex ipsorum intimo penetrali testibus. Hæc igitur oracula Sibyllæ (quæ sicuti satis ostendimus, & sicut omnes æqui iudices facilè confitebuntur, uera sunt) à nobis in Latinum sermonem conuersa, tibi optime Maure, dedicare uisum est, cùm ob tuam singularem erga omnes pios & literatos, & erga me beneuolentiam, et liberalitatem: tum quia hoc studiorum genus non solum foues, sed tractas & ipse non infeliciter. Secutus sum autem eam in uertendo rationem, ut sententiæ nihil neq; adderem, neq; detraherem: adeò ut si oratione soluta uertissem, magis sententiam exprimere uix potuerim. Memineram enim, si uerbis ludendum est, alibi ludere fas esse: in hoc quidem scripti genere, ut sacro, religiose incedendū esse. Itaq; malui alicubi durior esse, quàm uerbis longius efferri. Sed scito, in hoc libro (sicut in tam ueteri, totq́; seculis abdito fuit, accidere necesse) multos esse locos corruptos, multos mutilos, multos confusos

fusos & perturbatos, adeò ut in uertendo plerunque non haberem quod sequerer, uidererq́; mihi uerè Sibyllæ folia tractare. Igitur quos potui locos emendaui: fuerunt autem non pauci, qui, cum iterum græcè edentur, Deo uolente, ostendentur. Quos autem corrigere non potui, hos si quo constabant uerborum ordine grammatico, penè ad uerbum uerti: ideoq́; durius, ut libera sit in latino quoq; coniectura. Confusa & obscura, sicut erant, reliqui. In quibus autem neq; uerba neq; sententiæ constabant, ea aut oratione soluta reddidi ad uerbum: aut etiam græca reliqui, donec emendatius inueniatur exemplar: quemadmodum qui in nocte ambulant, suspendunt gressum, donec uiam exorta luce uideant. Ergo inter legendum cum ea occurrent, quæ non intelligentur: aut cum ea legentur, in quibus tibi à gallo ad asinum (ut habet Gallicum prouerbium) salire uidearis, noli in me culpam reijcere, qui interpres cum sim, ea reddo quæ scripta sunt, & quæ possunt intelligi: sed in uetustatem, quæ, iuuante barbarie, corrumpit omnia. Verùm fingito, ea sola quæ incorrupta sunt (quæ sanè & plurima sunt, & optima) hic inesse: & his ea compẽsato, quæ sunt uitiata: ita fiet, ut nihil habeas nisi integrũ. Cæterùm de genere Sibyllæ (nã & hoc fortaßis expectes) cognosces ipse in ea legenda, & nos in Annotationibus nonnihil dicemus.

mus. Scripsimus enim Annotationes, quibus nonnullos locos aperiremus: quæ si uidebumur ieiuniores, & pauciores, memineris nos neq; ea quæ facilia sunt, debuiße: neq; ea quæ nõ intelligimus, explicare potuiße. Interea boni consule hoc, & tuæ erga me beneficentiæ, & meæ erga te beneuolentiæ monimentum: & hoc cœlestium Musarum studiũ, ut ingenio & nomine tuo dignum est (Musæus enim uocaris) fouere & defendere perseuera. Vale. Basileæ, mense Maio: Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.

ἈΝΤΙΜΆΧΟΥ

ΕἸΣ ἸΑΝΟΝ ΤΟΝ ὈΠΩΡΙΝΟΝ

περὶ τῶν Σιβυλλιακῶν χρησμῶν ὑπ' αὐτοῦ νεωστὶ τυπωθέντων.

Χρησμοὶ σφάλματ' ἔχουσιν ἀθέσφατα, τοὺς μοι ἔπεμψας.
Οὐκ ὀρθοῦ δ' ἔτυχον τοῦτ' ἄρ' ἀπ' ἀντιγράφου.
Σφάλματα ἔμπαδ' ἔγωγε διορθώσας μὲν ἰάλλω
Νῦν σοί, ὄφρα πάλιν τοὺς δὲ τυποῦν ἐθέλῃς.
Σοῦ χάριν αὐτὸς ὅταν τόσσον πόνον ἄσμενος ἔσχον
Ἤμασιν ἐν παύροις ἦρα φορῶν φιλίῃ.
Ἦρα φέρων λογίοις, κεχαρισμένος οἷς ἐμὸς ἔσται
Μόχθος, ἐὰν δόξῃ ἄξιος εὐλογίης.

IN SIBYLLAS, XYSTI BETVLEII.

Δῖα θεοῦ βουλὴ μεγάλου, νοερή τε Σιβύλλη,
Ἐξ ἱερῆς κραδίης πνεῦμα τὸ ἀέναον.
Ἐν γὰρ πνεῦμα θεοῦ χρησμοῖς στήθεσι Σιβυλλῶν,
Καὶ τὸ προφητείας, ἧς λόγος οὐρανόθεν.
Ὥσπερ γ' ἑβραίοις ἀνόμοις προλέγουσι προφῆται,
Ἔθνεσιν ὡς προλέγει δόγμα Σίβυλλα θεοῦ.

ΜΑ'ΡΚΟΥ ἈΝΤΙΜΑ'ΧΟΥ ΠΡΟοίμιον εἰς τοὺς Σιβυλλιακοὺς χρησμούς.

Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἑλληνικῶν γραφῶν ἐκπονεῖν, πολλὴν τοῖς ἐκτελοῦσι τὴν ὠφέλειαν ἀπεργάζεται, ἅτε πολυμαθεῖς τοὺς περὶ ταῦτα πονήσαντας ἐκτελέσαι δυνάμενον· πολλῷ μᾶλλον περὶ τὰς θείας γραφάς, ἅτε περὶ θεοῦ καὶ τῶν ὠφέλειαν προξενούντων, δηλούσας, τοὺς οὖν φρονοῦντας προσήκει σχολάζειν διαπαντός, διπλοῦν ἐκεῖθεν τὸ κέρδος κερδαίνοντας, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δυναμένους. ἔδοξε τοίνυν διὰ τοῦτο κἀμέ, τοὺς ἐπιλεγομένους χρησμοὺς σποράδην εὑρισκομένους καὶ συγκεχυμένους, τὴν τούτων ἀνάγνωσιν καὶ ἐπίγνωσιν ἔχοντας, εἰς μίαν συνάφειαν καὶ ἁρμονίαν ἐκθέσθαι τοῦ λόγου. ὡς ἂν εὐσύνοπτοι τοῖς ἀναγινώσκουσιν ὄντες, τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν τούτοις ἐπιβραβεύωσιν. οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων δηλοῦντες, καὶ πολυτελεστέραν ἅμα καὶ ποικιλοτέραν τὴν πραγματείαν ἀπεργαζόμενοι. καὶ γὰρ περί τε πατρός, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος τῆς θείας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος ἀριδήλως διασαφοῦσι. περί τε τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, τῆς ἐκ παρ-

θένου

MARCI ANTIMACHI PRAEFATIO IN SIbyllina Oracula.

SI Græcorũ scriptorum lectio multã affert utilitatem, quippe quòd multarum rerum peritos efficiat eos qui circa ea elaborant: multo magis conuenit eos qui sapiunt, aßiduam operam nauare diuinis literis, in quibus de Deo & de ijs quæ ad hominis salutem pertineant, agatur: cum hinc geminum lucrum consequantur, quo & seipsos & alios iuuare possunt. Hac de causa uisum est mihi, de Sibyllinis oraculis (in quibus ea quæ dixi contineantur) summatim & in uniuersum disserere (quoniam ea alioqui sparsa extant, atq; confusa) ut lectoribus ad intelligendum faciliora sint, atq; ita faciliorem eis utilitatem pariant. Declarant enim non pauca necessaria atq; utilia, & excellentius magisq; uarium opus efficiunt. Nam & de patre, filio, & spiritu sancto (quæ diuina est, autorq; uitæ trinitas) apertè loquũtur. Itemq; de acta in carne uita domini Deiq; et seruatoris nostri IESV CHRISTI, uidelicet de eius ex alma uir-

gine generatione, de morborũ sanationib. itẽq; de uiuifico eius supplicio, de resurrectiõe à mortuis post triduũ, & de futuro iudicio, ac remuneratione eorum quæ nostrûm quisq; fecerit in hac uita. Præterea quæ in Mosaicis scriptis uatumq; libris habentur, deq; mundi creatione, hominis formatione, & ex paradiso eiectione, & porrò recreatione: de his inquam rebus explicatè scribitur in his oraculis. in ijsq; & præterita dicuntur, & futura uariè prænunciantur: atq;, ut simpliciter dicam, lectores non parum iuuare possunt.

Lact. lib. 1. cap. 6. & de Ira Dei ca. 22.

Fuerunt autem Sibyllæ (ut multi scripserunt) diuersis & locis & temporibus, numero decem. estq; huius uerbi ea notio, ut sit idem Sibylla, quod uates. unde et uno nomine, fœminæ uates appellatæ sunt. Prima fuit Chaldæa, siue Persica, quæ proprio nomine Sambetha est nũcupata, de genere beati Noe: quæ quidem Alexandri Macedonis gesta prædixisse fertur. faciẗq; eius non obiter mentionem is, qui uitam conscripsit Alexandri. Secunda Sibylla fuit Libyssa, cuius meminit Euripides in Prologo Lamiæ. Tertia Delphica, quæ Delphis nata est: de qua locutus est Chrysippus in libro de Diuinitate. Quarta fuit Italica, in finibus Italiæ; cuius filius fuit Euander, is

qui

θένου φημὶ ἀφθόρου γεννήσεως, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ τελεσθεισῶν ἰάσεων. ὡσαύτως τοῦ ζωοποιοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν τριημέρου ἐγέρσεως, καὶ τῆς μελλούσης γενέσθαι κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως, ὧν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπράξαμεν ἅπαντες. πρὸς τούτοις, τὰ ἐν ταῖς μωσαϊκαῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις δηλούμενα. περί τε τῆς κοσμικῆς κτίσεως τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ ἐκπτώσεως τοῦ παραδείσου, καὶ αὖθις ἀναπλάσεως, τρανῶς διαλαμβάνουσι. περὶ τινῶν γεγονότων, ἢ καὶ ἴσως γενησομένων ποικίλως προλέγουσι. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐ μικρῶς τοὺς ἐντυγχάνοντας ὠφελεῖν δύνανται. Σίβυλλαι τοίνυν, ὡς πολλοὶ ἔγραψαν, γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις καὶ χρόνοις, τὸν ἀριθμὸν δέκα. Σίβυλλα δὲ ῥωμαϊκὴ λέξις, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις. ὅθεν ἐνὶ ὀνόματι, καὶ θήλειαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. πρώτη οὖν, ἡ χαλδαία, ἤγουν ἡ περσίς, ἡ κυρίως ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν μακεδόνα λεγομένη προειρηκέναι, ἧς μνημονεύει ἱκανῶς ὁ τὸν ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. δευτέρα Σίβυλλα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο Εὐριπίδης, ἐν τῷ προλόγῳ τῆς λαμίης. τρίτη δελφίς, ἡ ἐν δελφοῖς τεχθεῖσα· περὶ ἧς εἶπε χρύσιππος ἐν τῷ περὶ θεότητος βιβλίῳ. τετάρτη, ἡ ἰταλική, ἡ ἐν μερίᾳ τῆς ἰταλίας, ἧς υἱὸς ἐγένετο Εὔανδρος,

τὸ ἐν ῥώμῃ τοῦ πανὸς ἱερὸν, τὸ καλούμενον λούπερ-
κον, ἤτισας. πέμπτη, ἡ ἐρυθραία, ἡ καὶ περὶ τοῦ τρωϊ-
κοῦ προειρηκυῖα πολέμου. περὶ ἧς ἀπολλόδωρος ὁ ἐρυ-
θραῖος διαβεβαιοῦται. ἕκτη, ἡ σαμία, ἡ κυρίῳ ὀνόμα-
τι καλουμένη φυτὼ, περὶ ἧς ἔγραψεν ἐρατοσθένης. ἑβ-
δόμη, ἡ κυμαία, ἡ λεγομένη ἀμάλθεια, ἣ καὶ ἐροφί-
λη, παρά τισι δὲ ταραξάνδρα. βιργίλιος δὲ τὴν κυ-
μαίαν, δηιφόβην καλεῖ, γλαύκου θυγατέρα. ὀγδόη ἡ
ἑλλησποντία, τεχθεῖσα ἐν κώμῃ μαρμισσῷ, περὶ τὴν
πολίχνην γεργιτίονα, ἣ τῆς ἐνορίας ποτὲ τρῳάδος
ἐτύγχανεν, ἐν καιροῖς σόλωνος καὶ κύρου, ὡς ἔγραψεν
ἡρακλείδης ὁ ποντικός. ἐννάτη ἡ φρυγία. δεκάτη,
ἡ τιβουρτία, ὀνόματι ἀβουναία. φασὶ δὲ, ὡς ἡ κυμαία,
ἐννέα βιβλία χρησμῶν ἰδίων προσεκόμισε ταρκυ-
νίῳ πρίσκῳ, τῷ τηνικαῦτα βασιλεύοντι τῶν ῥωμαϊ-
κῶν πραγμάτων, τριακοσίους φιλιππαίους ὑπὲρ αὐ-
τῶν ζητήσασα. καταφρονηθεῖσα δὲ, καὶ οὔτε ἐρωτη-
θεῖσα τίνα ἐστὶ τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα, πυρὶ πα-
ρέδωκεν ἐξ αὐτῶν τρία. αὖθίς τε ἐν ἑτέρᾳ προσόδῳ
τοῦ βασιλέως, προσήνεγκε τὰ ἓξ βιβλία, τὸν αὐτὸν ὄγ-
κον ἐπιζητήσασα. οὐκ ἀξιωθεῖσα δὲ λόγου, πάλιν ἔ-
καυσεν ἄλλα τρία. εἶτα ἐκ τρίτου ἀναφερομένη
τὰ περιλειφθέντα τρία προσῆλθεν, αἰτοῦσα τὸ αὐ-
τὸ τίμημα, λέγουσα εἰ μὴ λάβοι, καίειν καὶ αὐτά.
τότε, φασὶν, ὁ βασιλεὺς ἐντυχὼν αὐτοῖς, καὶ θαυμά-
σας, ἔδωκε μὲν ὑπὲρ αὐτῶν, ἑκατὸν φιλιππαίους,
καὶ ἐκομίσατο αὐτά, παρεκάλει δὲ περὶ τῶν ἄλ-
λων.

qui Romæ Panis fanum, Lupercum appellatum, condidit. Quinta Erythræa, ea quæ Troianum bellum prædixit, de qua Apollodorus Erythræus asseuerat. Sexta Samia, quæ proprio nomine uocatur Phyto, de qua scripsit Eratosthenes. Septima Cumæa, quæ dicitur Amalthea, eademq; Erophila, à nonnullis Paraxandra. Virgilius Cumæam Deiphoben appellat, Glauci filiam. Octaua Hellespontia, nata in pago Marmiso, apud oppidulum Gergitionem, quod fuit olim in finibus Troadis, temporibus Solonis & Cyri, sicuti scripsit Heraclides Ponticus. Nona Phrygia. Decima Tiburtina, nomine Albunea. Tradunt, Cumæam attulisse oraculorum suorum libros nouem Tarquinio Prisco, qui tum Romæ regnabat, & pro ijs trecentos Philippos petijsse. Cumq; contempta fuisset, & ne quidē interrogata, quæ nā essēt quæ in illis cōtinerētur, cremauit igni tres ex illis libris. Ac rursus in alio cōgressu regi sex libros obtulit, idē precium postulans. Cūq; rursum despectui habita fuisset, cōbußit alios tres. Deinde tertiò reliquos tres afferens, regem adit, idem precium petens: seq; eos quoq; crematuram dicens, nisi ille emisset. Tunc rex illos legit: & admiratus, dedit pro eis centum Philippos, eosq; abstulit. Interrogauit etiam de

Gellius libro primo, cap. 19.

alijs.

alijs. Illa renunciauit, se neque habere similes eorum qui combusti fuissent, neq; quicquam earum rerum scire sine diuina permotione. nonnunquam etiam nonnullos ex diuersis urbibus & locis excepisse, quæ sibi necessaria & conducibilia putassent, ea esse colligenda: id quod etiam quamprimùm factum est. Quod enim uerè diuinitùs datum erat, id in abdito positum non latuit. Omnium autem Sibyllarum libri repositi fuerũt in Capitolio priscæ Romæ, Cumææ Sibyllæ libris abditis, nec in uulgus prolatis: quoniam quæ in Italia euentura forent, ea ibi magis propriè & apertè efferrentur. Alij fuerũt omnibus cogniti. Sed qui Erythrææ inscribuntur, habẽt hoc à loco nomen, à quo loco fuit ipsa nuncupata. Alij titulum autoris non habent, sed indistincti sunt. Lactantius quidem, qui fuit non uulgaris philosophus & sacerdos illius quod dixi Capitolij, in Christum æternum lumẽ nostrum intuitus, in suis operib. exposuit Sibyllarũ dicta, de ineffabili gloria: erroris'q; Græci imperitiam ualidè confutauit, oratione Latina ille quidem, sed Sibyllinis uersibus Græca lingua citatis. Ac ne cui hoc falsum uideatur, eius testimonium adducam, quod sic habet. Enimuero quæ apud nos extant Sibyllina,

λων, αὐτῆς δὲ ἀπαγγειλάσης, μήτε τὰ ἴσα τῶν ἐμ-
πρησθέντων ἔχειν, μήτε τι δίχα ἐνθουσιασμοῦ τοιοῦ-
τον εἰδέναι. ἔσθ' ὅτε δέ τινας ἐκ διαφόρων πόλεων
καὶ χωρίων ἐξειληφέναι τὰ νομισθέντα αὐτοῖς ἀ-
ναγκαῖα καὶ ἐπωφελῆ, καὶ δεῖν ἐξ αὐτῶν συναγω-
γὴν ποιήσασθαι, τοῦτο τάχιστα καὶ πεποιήκασι.
τὸ γὰρ ἐκ θεοῦ δοθὲν ὡς ἀληθῶς μυχῷ κείμενον οὐκ
ἔλαβε. πασῶν δὲ τῶν Σιβυλλῶν τὰ βιβλία, ἀπετέθη-
σαν ἐν τῷ καπιτωλίῳ ῥώμης τῆς πρεσβυτέρας· τῶν
μὲν τῆς κυμαίας κατακρυβέντων, καὶ οὐ διαδοθέν-
των εἰς πολλοὺς· ἐπειδὴ τὰ συμβησόμενα ἐν ἰταλίᾳ,
ἰδικώτερα, καὶ τρανώτερον ἀνεφώνησε· τῶν δὲ ἄλ
λων, γνωσθέντων ἅπασιν. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς ἐρυ-
θραίας προγεγραμμένα, ἔχει τοῦτο ἀπὸ τοῦ χωρίου
ἐπικεκλημένον αὐτῇ ὄνομα. τὰ δέ γε ἄλλα, οὐκ ἐπι-
γράφονται ποῖα ποίοις εἰσίν, ἀδιάκριτα δὲ καθέ-
στηκε. Φιρμιανὸς τοίνυν οὐκ ἀθαύμαστος φιλόσοφος
καὶ ἱερεὺς τοῦ προλεχθέντος καπιτωλίου γενόμενος,
πρὸς τὸ αἰώνιον ἡμῶν φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας ἐν
ἰδίοις πονήμασι, τὰ εἰρημένα ταῖς Σιβύλλαις περὶ
τῆς ἀρρήτου δόξης παρέθηκε, καὶ τὴν ἀλογίαν τῆς
ἑλληνικῆς πλάνης δυνατῶς ἀπήλεγξε. καὶ ἡ μὲν αὐ
τοῦ ἔντονος ἐξήγησις, τῇ αὐσονίᾳ γλώττῃ. οἱ δὲ σι
βυλλιακοὶ στίχοι ἑλλάδι φωνῇ ἐξηνέχθησαν. ἵνα δὲ
τοῦτο μὴ ἄπιστον φαίνηται, μαρτυρίαν τοῦ προμνη-
μονευθέντος ἀνδρὸς παρέξομαι, ἔχουσαν τόνδε τὸν
τρόπον. Ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἡμῖν εὑρισκόμενα σιβυλ

λιακά,

λιακά, οὐ μόνον ὡς εὐπόριστα τοῖς νοσοῦσι τὰ ἐλλιπῶν. οὐ καταφρονητά ἐστι (τὰ γὰρ σπάνια, τίμια δοκεῖ) ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων τῶν στίχων μὴ σωζόντων τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου, ἀργοτέραν ἔχει τὴν πίστιν. αἰτία δὲ τῶν ταχυγράφων, οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γενομένων, οὐ τῆς προφήτιδος. ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. πρὸς ἃ καὶ ὁ πλάτων βλέψας ἔφη, ὅτι κατορθώσουσι πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. ἡμεῖς οὖν ἐκ τῶν κομισθέντων ἐν ῥώμῃ ὑπὸ τῶν πρέσβεων, ὅσα δυνατὸν παραθήσομεν. ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ τάδε,

lina, ea non solum tanquam uilia contemnũtur ab ijs qui Græca supra modum suspiciunt (quoniam quæ rara sunt, preciosa uidẽtur) uerumetiam quia non omnes uersus retinent numerorũ exactos modos, minus fidei inueniunt. In causa sunt notarij, qui sermonis rapiditatem assequi nequiuerint, aut etiã indocti fuerint: nõ ipsius uatis, cuius unà cũ inspiratione, cessaret effatorum recordatio. Atque hanc ob causam dixit Plato, uates multas magnasq; res componere, nèhil scientes eorum quæ dicant. Nos igitur ex ijs quæ Romam *à legatis allata sunt, quæ poterimus adducemus. Igitur de Deo, qui principio careat, sic effata est.*

Hunc locũ quia in Lactantio nõ inuenimus, de Græco Antimachi conuertimus.

Mortales

SIBYLLINA ORACVLA.

Hoc principium ſumpſimus ex Theophilo, ſexto Antiochenſis eccleſiæ epiſcopo, qui ſic ſcribit: Sibylla, quæ cùm apud cæteras nationes, tum apud Græcos fuit uates, in principio ſuæ uaticinationis, hominum genus ita obiurgat:

SIBYLLAE LIBER PRIMVS. DE Deo, qui principio caret.

Mortales homines, uiliſsima corpora carnis,
Cur uos effertis, neq; finem cernitis æui?
De Deo. *Non tremitis, ſummumq; Deũ (quo præſide ſtatis)*
Non formidatis? qui conſpicit omnia teſtis,
Conditor omnia qui nutrit, cunctisq; ſuauem
Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,
Vnus qui ſolus regnat Deus, atq; ſupremus,
Omnipotens, nunquam genitus, qui cõſpicit ipſe
Omnia, mortali non aſpectabilis ulli.
Corporeis oculis etenim quis cernere uerum,
Aeternumq; Deum poßit, cœlumq; colentem?
Cum neq; ſplendentis radiantia lumina ſolis
Suſtineant homines mortales cernere contrà.
Hunc colite, hũc unũ, qui ſolus regnat in orbe,

ΟΙ ΤΗΣ ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΧΡΗΣΜΟΙ.

ΣΙΒΥΛΛΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ Α. ΠΕ-ρὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ.

ΑΝθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες, 1
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν
Ὕψιστον, γνώστην, πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντότροφον, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι 2
Κάτθετο, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν,
Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος, 3
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ 4
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δύνανται, θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστέοισι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες,
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου, 5

Ος μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτέχθη,
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσιν ἐνὼν, τὸ κριτήριον ἐν φάει κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Οττι θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε,
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιν ἐν ᾅδῃ.
Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν
Ευθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε, καὶ δι' ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε, βροτοὶ παύσασθε, μάταιοι
Ρεμβόμενοι σκοτίῃ, καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ: (οἱ
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε:
6 Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει,
Ελθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε, καὶ γνόφον αἰεί.
Ηελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει:
Γνῶτε δὲ καταθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν:
Εἷς θεός ἐστιν, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων,
Αστεροπὰς λιμοὺς καὶ λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. τί δὴ καθ' ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει.

Καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη:

Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
Εκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
7 Αλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
8 Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
9 Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεα θ' ὑψήεντα, καὶ ἀέναα χεύματα πηγῶν,

Τῶν

Qui solus semperq; fuit, semperq; futurus,
Non genitus, per se constans, tenet omnia semper,
Et uiget in cunctis mortalibus. atq; uigorem
Sensibus insinuat, communis luminis autor.
Præmia sed prauæ mentis digna accipietis:
Quandoquidem æternoq; Deo, ueroq; relicto,
Cui decus, & sacro debetur uictima ritu,
Manibus infernis fecistis sacra superbi.
Insaniq;, uia recta ueraq; relicta,
Erratis per iter scopulis & sentibus horrens.
Desinite in tetræ noctis titubare tenebris,
Vani mortales: noctisq; nigrore relicto,
Vtimini (patet en cunctis errore sine ullo)
Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat.
Atq; hoc pectoribus sapienter noscite uestris:
Vnus, qui pluuias mittit, motusq;, notosq;,
Est Deus: atq; fames, pestes, tristesq; dolores,
Atq; niues, glaciem. sed quorsum singula pando?
Imperat & cœlis, & terræ præsidet. Ipse est.

In hoc uersu diuinaui.

In simulacricolas.

De ijs autem qui generati dicuntur, ait:

Quod si progenitū est, prorsum interit: exq; uirili
Fœmineoq; nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est unus solus, rerumq; supremus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamq; creauit,
Frugiferam terram, pontiq; fluenta tumentis,
Excelsos montes, fontesq; perenne scatentes,
Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,

Quæq; premunt terram serpẽtia corpora nutrit,
Et uarias uolucres, seu balbas, siue canoras,
Stridentes, teneras, sulcantes aera plantis,
Et genus imposuit syluis agreste ferarum,
Subiecitq; pecus nobis mortalibus omne,
Cunctorumq; ducem fecit diuinitùs ortum,
Subiecitq; uiro quæ uel comprendere non sit.
Nam quis hæc ualeat mortalis noscere cuncta?
Ipse sed hæc solus nouit, qui condidit unus,
Autor inextinctus, æternus, in æthere degens,
Et multo maiora bonis bona præmia reddens,
Iniustosq;, malosq;, ira pœnisq; coercens,
Immittens bellum, pestem, durosq; dolores.
Stirpitus, ô homines, cur insurgendò peritis?
Non pudet in diuos, feles & bruta referre?
An non est rabies, cæcæq; insania mentis?
Tauros furantur diui, prædantur & ollas.
Quosq; poli sedes aureas habitare deceret,
Hos caries, densisq; infestat aranea telis.
Serpentes colitis, stulti, felesq;, canesq;,
Et uolucres, & quæ serpunt animalia terræ.
Et fabricata manu simulachra, et saxea signa,
Et paßim lapidum moles. hæc, uanaq; multa
Præterea colitis, quæ sunt turpißima dictu.
Talia sunt hominum stultorum numina falsa,
Quorum mortiferum distillat ab ore uenenum.
At cu=

Τῶν τε ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆ
Ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχοτροφῆτε, (θος:
Ποικίλα τε πτηνῶν λιγυρόθροα, τραυλίζοντα,
Ξουθά, λιγυροπτερόφωνα, ταράσσοντ' ἀέρα ταρσοῖς.
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν,
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν:
Πάντων δ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ' ὑπέταξεν παμποίκιλα κοὐ καταληπτά.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ' ἅπαντα; 10
Ἀλλ' αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ' ἀπ' ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτίστης, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων: (σθόν:
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλέονα μι-
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον καὶ λοιμὸν, ἠδ' ἄλγεα δακρυόεντα. f. λοιμὸν τε
Ἄνθρωποι τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε; καί.
Αἰσχυνθῆτε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες,
Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν, καὶ † ἐστησία φαρῆ; 11
Εἰ λοπόδας κλέπτουσι θεοί, συλοῦσι δὲ χύτρας, 12
Ἀντὶ δὲ χρυσόεντα πόλον καταποίονα ναίειν, f. ἐτώσια
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδία- βάφη.
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους ἀνόητοι, (σαι,
Καὶ πετεεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα,
Καὶ ἐν παρόδοις λίθων συγχώματα: ταῦτα σέβεσθε, f. καν:
Ἄλλα τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν:
Εἰσὶ γὰρ θεοὶ μερόπων δολοήτορες ἀβούλων, f. κ' ἐκ στόμα
Τῶν δὴ † καὶ ἐκ στόματος κεῖται θανατηφόρος ἰός. τος χεῖται.

Οὐδ' ἔστιν ζωή τε, καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα
Ἐκπροχέει. τῷ δὴ μόνῳ αὐχένα κάμπτε,
Καὶ τρίβον αἰώνεσιν ἐν εὐσεβέεσ' ἀνακλινοῖ.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστόν τε κύπελλον
Ζωρότερον, στιβαρὸν, βεβαρημένον, οὐ μάλα κρατοῦντες
Εἰλκύσατ' ἀφροσύνῃ μεμανηκότι πνεύματι πάντες.
f. Κ'οὐ †Καὶ οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν.
Καὶ γνῶναι βασιλῆα θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς,
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος, τὸ πανῆμαρ
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
13 Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Ζωὴν κληρονομήσουσιν, τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
Οἰκοῦντες παράδεισον ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

EΙΣ θεὸς ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.
Ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
Ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης, ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε,
Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γενετῆς βιότοιο.

At cuius uita est, cuius lux illa perennis,
Lætitia unde uiris dimanat dulcior omni
Melle: cui ceruix omnis se subdere soli
Debet, quiq; pijs ostendit quà sit eundum
In uitam. his inquam neglectis, insipienter
Ingentem, magnum calicem, plenumq; meraco
Pœnarum hausistis furiosis mentibus omnes.
Nec sobrij uultis sanæq; euadere mentis,
Et nouisse Deum regem, qui cuncta tuetur.
Propterea feruens ignis uos opprimet ardor,
Semper & in flammis turpes ardebitis, omne
Quandoquidem uanis statuis impenditis æuum.
At quibus æternus colitur Deus, atq; perennis,
Hi uitam degent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos paradisi semper habentes,
Et dulcem cœli panem stellantis edentes.

VNVS, qui solus regnat Deus, unus, & idem
Non genitus: rerum summus, super omnia magnus,
Qui cœlum, solem, stellas, lunamque creauit,
Frugiferam terram, pontiq; fluenta tumentis:
Qui solus Deus est, incomprensusq; creator.
Hic hominum formam et speciem construxit, et idẽ
Viuentem generis naturam miscuit omnem.

Hactenus ex Theophilo. Iam sequitur aliud breuius principiũ, quod in his libris habebatur.

NARRATIO.

AGgredior primo generis mortalis ab æuo,
Vsq; ad supremum diuinè pandere cuncta:
Quæ fuerint mundo, quæ sint, quæ deinde sequan
Ob scelus humanum. Primũ, quæ nã sit origo (tur
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo scienter
Ne mea mortalis temnas præcepta caueto.
Mũdi creatio. * Supremum regem, qui mundũ condidit omnem,
Sic fatus, fiat: factumq; est. namq; locauit
Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram:
Dulce dedit lumen: cœlum subuexit in altum:
Et mare cæruleum explicuit: cœlumq; renidens
Astrorum clara cinxit, densaq; corona:
Et terram ornauit plantis: & flumina ponto
Indidit infundens: & miscuit aëre uentos,
Et pluuias nubes. Aliud genus edidit inde,
Et commisit aquis pisces, uentisq; uolucres,
Atq; feras syluis hirsutas, atq; dracones
Serpentes: breuiter, quæ nunc cernuntur ubiq;,
Hæc fecit uerbo, & sunt protinus omnia facta,
Et planè: siquidem per se parit ipse sua ui,
Hominis creatio. Cœlum despiciens. perfecto deniq; mundo,
Rursum finxit opus spirabile. namq; recentem
Expreßit, propria ducens ab imagine, pulchrum,
Præstantemq; uirum, & uiridaria iußit amœna
Incolere, ut studijs operam nauaret honestis.
Verùm cum solus uiridantibus esset in hortis,
Collo-

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Αρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων, 14
Αχρις ἐπ' ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαστα,
Οππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα δ' ἔσεσθ', ὁπόσα δὲ
Εσσεσθαι κόσμῳ, διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων. (μέλλει
Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν θεὸς, ὡς ἐγενήθη 15
Ατρεκέως κόσμος. σὺ δὲ ποικίλε θνητὲ πίφασκε
Νουνεχέως, ἵνα μή ποτ' ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς.
Υψιστον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα, κόσμου κτί-
Εἶπας γινέσθω, καὶ γίνατο. ἥδρασε γὰρ γῆν, σις.
Ταρτάρῳ ἀμφίσαλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε.
Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ' ἥπλωσε θάλασσαν,
Καὶ πόλον ἐστεφάνωσεν, ἅλις πυριλαμπέσιν ἄστρο-
Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον, (ις.
Χευάμενος ἐκέρασσε, καὶ ἀέρι μῖξεν ἀϋτμὰς,
Καὶ νέφεα δροσόεντα. τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
Ιχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις.
Υλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ερπυστὰς, καὶ πάνθ' ὅσα κυκλόσε νῦν καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτα ποίησε λόγῳ, καὶ πάντ' ἐγενήθη
Ωκα καὶ ἀτρεκέως. ὅδε γὰρ πέλετ' αὐτολόχευτος,
Ουρανὸν καθορῶν, ὑπαὶ τετέλεστο δὲ κόσμος. (ἔργον,
Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἀνθρώπου
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα, κτίσις.
Καλὸν, θεσπέσιον. τὸν δὴ κέλετ' ἐν παραδείσῳ
Αμβροσίῳ ναίειν, ὥς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλει.
Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν παραδείσου ἐριθηλέϊ κήπῳ,

Γρὸς λαλιὴν ποθέεσκε, καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι,
Ἀλλ' οἷον αὐτὸς ἔχεν. τοῦ δὴ θεὸς αὐτὸς ἀπύρας
Ἐκ λαπάρας τούτῳ, ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν
Κουριδίην ἄλοχον. ἣν δὴ πόρεν ἐν παραδείσῳ,
Τούτῳ συνναίειν. ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ
Θαῦμ' ἔχεν, ἐξαίφνης κεχαρημένος, οἷος ὁρᾶται
λείπει ἀ- Ἀντίτυπον μίμημα, σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις.
δάμου ῥή- Αὐτομάτοισι ῥέουσι, θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.
ματα. Οὔτε γὰρ ἀκρασίῃ νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ
Εἶχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίης ἀπάνευθε κακοῖο.
Καὶ ὡς θῆρες δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπίεσσι.
Καὶ μετέπειτα δὲ τοῖσι θεὸς ἐφετμὰς ἀγορεύσας,
Δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψαύσειν. τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
ὄφις. Ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.
Ἀλλὰ γυνὴ πρώτη προδότις τις γίνετ' ἐκείνῳ,
Ἣ δῶκεν, τοῦτον δ' ἀδαῆ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
Ὃς δ' ἐπέεσσι γυναικὸς πεπεισμένος, ἐξελαθέσκεν
Ἀθανάτου κτίστου, σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμῶν,
Τοὔνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακὸν οἷον ἔπραξαν.
Καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἐμπείραντες,
Ἐσθῆτας τεύξαντες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν.
Μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεὶ σφίσιν ἤιεν αἰδώς.
al. ἔνθετο, Τοῖσιν δ' ἀθάνατος κότον † ἔκθετο, κάββαλεν ἔξω
κάκβαλεν. Ἀθανάτου χώρου. τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν,
f. ἐν θνητῇ. † Θνητοῖς ἐν χώρᾳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
Ἀθανάτου μεγάλοιο θεοῦ λόγον ἀΐσαντες.

Οἱ

Colloquium optabat, proprioq; uidere uolebat
Consimiles uultus. igitur Deus ipsius eius
Ereptam lateri, formosam condidit Euam:
Vxoremq; uiro propriam coniunxit, ut unà
Degeret. hanc simulac uidit, propriæq; notauit
Exemplar formæ, stupuit simul, atq; recentem
Hausit læticiam: tum doctè farier infit,
Verbis sponte sua manantibus, omnia quando
Curabat Deus:
Nam neq; uelabat mentem laxata libido,
Nec pudor ullus erat: sed praua mente carebant,
Luce palàm uulgò coeuntes, more ferarum.
Illis deinde Deus tradens præcepta, cauendum
Arboris ostendit gustu. sed peßimus illos
Decepit uafrè serpens, ut mortis abirent
In fatum, scirentq; bonumq; malumq; quid esset.
Sed mulier primò proditrix extitit illi,
Quæ dedit, ignaroq; rei peccare suasit.
Ille quidem audita persuasus coniuge, patrem
Aeternum oblitus, spreuit clarißima iussa.
Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, facto.
Ac tum mellitæ ficus folijs contextis
Vestes fecerunt, quibus obtexêre pudenda
Impositis inter sese, cogente pudore.
At pater æternus facto succensuit illo,
Deiecitq; loco immortali, quatenus æquum
Degere mortali fuit in regione, rebelles
Contra immortalis magni præcepta parentis.

Desunt Adami uerba.

Serpens.

Qui simul egreßi terram tetigere parentem,
Et gemitu & lachrymis perfundebantur. & inde
Immortalis eos Deus est affarier orsus:
Crescite multiplici numero, terrãq; per artem
Exercete, cibos alimentáq; desudantes.
Sic ait, & fraudis serpentem qui fuit autor,
In latus & uentrem, terram calcare coegit,
Acriter exactum: capitaléq; conciliauit
Inter eos odium. quare hic caput, ille tuetur
Calcem: quandoquidem mortis discrimen utrosq;
Vrget, mortalesq;, ueneniferosq; malignos.
Tum genus humanum, sicut mandauerat ipse
Omnipotens, magno numero crescebat, & amplus
Fiebat populus. tunc scitè tecta, domosq; — Artium inuentores.
Diuersas alij cœperunt ædificare.
Vrbes & muros alij, queis longa dabantur
Tempora uiuendi: nec enim tum sollicitudo
Mortem conflabat: placidoq; simillima somno
Mors obrepebat. fœlices, magnanimiq;,
Quos Deus æternus rex, & seruator amauit.
Sed tamen hos etiam peccandi amentia cæpit.
Ridebant patres, & matres dedecorabant
Turpiter, & notos non norant, fratribus ipsis
Insidiabantur, peruersi, sanguine pleni
Humano, neq; non crudelia bella gerebant.
Exitium sed idem diuinitùs abstulit illos
De cœlo tactos, aut dura morte peremptos,

Οἱ δ᾽ ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς λύοντο. ἔπειτα δὲ τοῖσιν
Ἀθάνατος θεὸς αὐτὸς ἐπὶ προφορέστερον εἶπεν·
Αὔξεσθε, πληθύνεσθ᾽, ἐργάζεσθ᾽ ἐπὶ γαίης,
Εὐτεχνέως, ἵν᾽ ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες.
Ὡς φάτο. τῆς δ᾽ ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἑρπυστῆρα,
Νηδύϊ καὶ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
Πικρῶς ἐξελάσας. δεινὴν δ᾽ ἔχθραν προΐαψεν,
Ἐν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν προφυλάσσει
Σώζειν, ὃς δὲ πτέρναν· ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι
Πλησίον ἀνθρώπων, καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.
Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν (λῳ,
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ ἄυξανεν ἄλλος ἐπ᾽ ἄλ-
Λαὸς ἀπειρέσιος, οἴκους δέ μεν ἐξήσκησαν — τεχνῶν ἐξευρεταί.
Παντοίους, οἳ δ᾽ αὖτε πόλεις καὶ τείχε᾽ ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ
Ὤπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον. οὐ γὰρ ἀνίαις
Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ᾽ ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ὄλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησεν
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς θεός. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἤλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. οἳ γὰρ ἀναιδῶς
Ἐξεγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
Γνωστοὺς δ᾽ οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι,
Ἦσαν δ᾽ ἄρ μιαροί, κεκορυθμένοι αἵματι φώτων, — al. ἴση αὐτοῖς δ᾽
Καὶ πολέμους ἐποίουν. † ἴοση δ᾽ αὐτοῖς ἤλυθεν ἄτη,
Ὑστάτη, οὐρανόθεν βεβολημένοι, ἣ βιότοιο
Δεινοὺς ἐξεῖλεν, τοὺς δ᾽ αὖ ὑπεδέξατο ἅδης.

Ἅδην

ἅδην δ' αὖτε κάλεσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδὰμ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
ἅδου ἐτυμολογία. Τοὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν ἀΐδαο δόμοις ἰέναι καλέονται.
Ἀλλ' οὗτοι πάντες καὶ ἐν ἀΐδαο μολοῦντες,
Τιμὴν ἔσχηκαν, καὶ ἐπεὶ πρῶτον γένος ἦσαν.
ἡ δευτέρα γενεά. Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτους ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλειφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
Ἄλλο γένος τεῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
Ἔργ' ὁρατὰ, σπουδαί τε καλαὶ, καὶ ὑπείροχος αἰδώς,
Nec ſacra (inextinctus cum ſit) mortalia curat,
Sed qui ſincero taciturni pectore adorant.
Noſce quis hic nam ſit, tum patrem deniq; cernes.

Tempore torpebunt uidua omnia ſemina mundi,
Aer, terra, ſalum, lux ignis feruida, cœli
Cardo dies, noctes, conſident omnia in ignes,
Et fiet ſpecies quàm deſertißima rerum.
Omnia namq; cadent lucentia ſidera cœlo,
Nec uolucres plumis agiles per inane uolabunt,
Omnibus & tellus animantibus orba iacebit.
Non homines edent uocem, uolucres'ue, feræ'ue
Confuſus ſolitum ſonitum non audiet orbis,
Sed magnum ſonitum reddet maris unda minacis,
Et trepidi cuncti morientur in æquore piſces.
Nec ſulcabit aquas iam pondere nauis onuſta,
Mugitumq́; dabit de bellis terra cruenta,
Humanæq́; animæ frendebunt dentibus omnes,
Vexabuntq́; malos ululatus, atq; timores,
Cædibus atq; ſiti, fame, peſteq́; deficientes:
Optandumq́; mori dicent, fugietq́; uocantes.
Nondum mortis enim requiē, non noctis habebūt.
Multaq́; nequicquam ſupremi numina patris
Orabunt, ſed eos tunc auertetur apertè.
Secula nam ſeptem dedit, uſus uirgine caſta,
Ad reſipiſcendum ſpacium mortalibus ægris.
Ipſe mihi Deus hæc ſibi decreta omnia dixit,
Perficietq́;, meis quæ ſunt dicta omnia uerbis.
Noui ego arenarū numeros, menſumq́; profundi,
Tellurisq́; ſinus, tenebroſaq́; tartara noui, (ri,
Quot fuerint homines, quot ſint, quot deinde futu

Aſtro=

Χηρεύσει τότε πάντα χρόνῳ στοιχεῖα τὰ κόσμου,
Αὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος πυρὸς αἰθομένοιο,
Καὶ πόλος οὐράνιος, καὶ νὺξ καὶ ἤματα πάντα,
Εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν φωστήρων πάντα πεσεῖται.
Κοὐκέτι δὴ πτήσονται ἐπ' ἀέρος εὔπτεροι ὄρνεις.
Οὔτε βάσις γαίης, θῆρες γὰρ ἅπαντες ὀλοῦνται.
Οὐκ ἀνθρώπων φωναὶ, οὐ θηρῶν, οὔτε πετεινῶν.
Κόσμος ἄτακτος ἐὼν, οὐ χρήσιμον † οἶκον ἀκούσει. f. ἦχον.
Ἠχήσει δὲ βαθὺς πόντος μέγαν ἦχον ἀπειλῆς.
Ζῶά τε νηκτὰ τρέμοντα, θαλάσσης πάντα θανεῖται.
Καὶ ναῦς φόρτον ἔχουσ' ἐπὶ κύμασιν οὐκέτι πλεύσει.
Μυκήσει δὲ χθὼν αἱμασσομένη πολέμοισι.
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ψυχαὶ βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Τῶν ἀνόμων ψυχῶν † ὀλολυγμῷ τε φόβῳ τε. f. ὀλολυγμοῖσι.
Τηκόμεναι δὲ λιμῷ, δίψῃ, λοιμῷ τε, φόνοις τε.
Καὶ καλέσουσι καλὸν τὸ θανεῖν, καὶ φεύξετ' ἀπ' αὐτῶν.
Οὐκέτι γὰρ θάνατός τ' αὐτοὺς, οὐ νὺξ ἀναπαύσει.
Πολλὰ δ' ἐρωτήσουσι μάτην θεὸν ὑψιμέδοντα,
Καὶ τότ' ἀποστρέψει φανερῶς τὸ πρόσωπον ἀπ' αὐτῶν.
Ἑπτὰ γὰρ αἰώνων μετανοίας ἤματ' ἔδωκεν
Ἀνδράσι πλαζομένοις, διὰ χειρῶν παρθένου ἁγνῆς.
Αὐτός μοι τάδε πάντα θεὸς κέρας κατέλεξε,
Καὶ δι' ἐμοῦ στόματος τὰ λελεγμένα πάντα τελέσει.
Οἶδα ἐγὼ ψάμμων τ' ἀριθμοὺς, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Οἶδα † μάχας γαίης, καὶ τάρταρον ἠερόεντα. f. μυχοὺς,
Καὶ μερόπων ὄντων τε, καὶ ἐσομένων, νεκύων τε,

Οἶδ' ἀριθμοὺς ἄστρων, καὶ δένδρεα, καὶ πόσα φῦλα
Τετραπόδων νηκτῶν τε καὶ ὀρνίθων πετεινῶν. (λα,
Αὐτὸς γὰρ μορφὰς ἀνδρῶν καὶ νοῦν ἐτύπωσεν,
Καὶ λόγον ὀρθὸν ἔδωκεν, ἐπιστήμην τ' ἐδίδαξεν.
Ὀφθαλμοὺς ὁ πλάσας καὶ ὦτα, βλέπων καὶ ἀκούων.
Καὶ πᾶν ἐνθύμημα νοῶν, πάντων τε συνίστωρ
Αὐτὸς ἐών, σιγῶν, καὶ ὕστερον αὐτὸς ἐλέγχων,
Καὶ ἐκπράξων ὅσα λαθών γε βροτῶν τις ἔπραξεν.
Ἐλθὼν καὶ ἐπὶ βῆμα θεοῦ θνητοῖσι λαλήσων,
Καὶ κωφοῦ ξυνιείς, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούων.
Καὶ πόσον ἐστὶ τὸ πᾶν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ὕψος,
Ἀρχὴν καὶ τέλος οἶδεν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Γαῦτα γὰρ ἐξ αὐτοῦ, τὰ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος οἶδε.
Μοῦνος γὰρ θεός ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.
f. θεσπίζει. Εἰκόνα † θεσπίζω θείαν, ληφθεῖσαν ἀφ' ὕλης,
f. μορφώ- Χερσί τε † μορφώσας γε τεαῖς εἴδωλον ἄναυδον,
σαντες ἑαῖς Δοξάζουσι λιταῖς καὶ θρησκείαισιν ἀνάγνοις,
κατὰ εἰδω- Τὸν κτίστην προλιπόντες, ἀσελγείαις ἐλάτρευσαν.
λολάτρων. Γαύτες δ' αὐτοῦ ἔχοντες, ἀχρήσιμα δῶρα θύουσι,
Χ' ὡς αὐτοῦ τιμάς, τάδε χρήσιμα πάντα δοκοῦσι,
f. κνισσῶν- Θοίνῃ † κνισοῦντες ὡς τοῖς ἰδίοις νεκύεσσιν.
τες. Σάρκας γάρ τε, καὶ ὀστέα μυελόεντα † καίουσι,
f. καίουσι. Θύοντες βωμοῖς, καὶ δαίμοσιν αἷμα χέουσιν,
Ἠδὲ λύχνους ἅπτουσι θεῷ τῷ φῶτα διδόντι,
Χ' ὡς διψῶντι θεῷ, θνητοὶ σπένδουσι τὸν οἶνον,
Εἰς οὐδὲν μεθύοντες ἐπ' ἀχρήστοισι θεοῖσιν.
ἁμετερά- Οὐ χρήζει θυσιῶν, ἢ σπονδῶν † ἡμετέρων τε,
ων.

Οὐ

Aſtrorum numeros, ſtirpes, frondesq́; quot uſquã:
Quot ſint quadrupedes, quot piſces, quotq́; uolu-
Idem nam ſpecies hominũ, mẽtesq́; creauit, (cres.
Et docuit ſcire, & rationis munia recte.
Lumina qui finxit, quiq́; aures: cernit & audit,
Omnes qui mentis motus tenet, omnia nouit,
Et tacet, & tandem conuincet, ſupplicioq́;
Afficiet quæ quiſq; hominum celata patrarit,
Cum ueniet ſolium ad diuinum iura daturus:
Qui nil dicentes, mutos, intelligit, audit.
Et quantum tellus à cœli uertice diſtet,
Principium, finem, media omnia nouit: ab ipſo
Omnia ſunt, cœlum qui, telluremq́; creauit.
Solus enim Deus eſt, non eſt Deus alter ab ipſo.
Aſt homines ſyluis abſcindunt robur, & inde
Muta ſuis manibus diuûm ſimulachra figurant,
Quæ decorent ritu, libamentisq́; profanis,
Impurasq́; colunt nugas, genitore relicto.
Omnesq́; aßidui uanißima munera libant.
Et tamen hoc ipſum ſe rentur honore iuuare,
Atq; dapes adolent, ut caſſos lumine paſcant.
Namq; cremant carnes, & plenis oſſa medullis,
Et mactant aris, & placant ſanguine manes,
Candelasq́; Deo accendunt, qui lumina donat.
Ac tanquam ſitiat, uini libamina fundunt,
Mortales ebrij, qui numina uana fatigant.
Non libaminibus, non ſacris indiget iſtis,

In ſimulachrorũ cultores.

Non

Non nidore malo, aut inuiso sanguinis haustu.
Namq; (tyrannorum regumq́; insania suadet)
Manibus hæc faciunt, ceu manes cœlicolæ sint,
Ritus curantes prauosq́;, Deoq́; carentes.
Effigiesq́; suas (rerum genitore relicto)
Marmoreos dicunt diuos, pendere putantes
Hinc sibi spem & uitam: surdi mutiq́;, malum qui
Credere tam faciles, à recto prorsus abhorrent.
Ipse uias posuit binas uitæq; necisq́;,
Proposuitq́; bonam menti sibi sumere uitam:
Ipsa sed in mortem æternam se iecit, & ignem.
Vera religio. *Effigies mea homo est rectæ rationis alumna:*
Huic tu pone uolens purã sine sanguine mensam,
Repletamq́; bonis. panem potumq́; famenti,
Et sitienti da: nudum tege corpus amictu.
De proprio castis manibus largire labore,
Oppreßum recrea: feßi solare labores.
Hæc à te detur uiuenti uictima uiuens.
Sparge piè semen, Dominus tibi donet ut ista:
Aeternos fructus, æternum lumen habebis.
Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.
Omnia nam purgans, molem conuerret in unam.
Cœlum conuoluet, telluris operta recludet.
Manes in uitam (fatorum lege soluta,
Et lethi stimulis) ad iudiciumq́; uocabit,
Iudicet ut tandem mores prauosq́; piosq́;.
Ariete tunc aries, pastor pastore propinquo,

Et

Οὐ κνίσης μιαρῆς, οὐχ' αἵματος ἐχθίστοιο.
Ταῦτα γὰρ εἰς μανίας βασιλήων, ἠὲ τυράννων,
Δαίμοσι ποιοῦσιν νεκρῶν ὡς οὐρανίδεσι,
Θρησκείαν ἄθεον καὶ ὀλέθριον ἐκπονέοντες.
Καὶ καλέουσι θεοὺς λιθίνους τὰς εἰκόνας αὐτῶν,(σαν,
Τὸν κτίστην προλιπόντες· ἀπ' αὐτῶν ἐλπίδα πᾶ-
Καὶ ζωὴν νομίσαντες ἔχειν. κωφοὶ καὶ ἄναυδοι,
Εἰς τὸ κακὸν πιστοί, τ' ἀγαθὸν δ' ἀπῆλθεν ἀπ' αὐ-
Αὐτὸς ὁ δοὺς προέθηκε δύο, ζωῆς θανάτου τε, (τῶν. † f. αὐτός.
Καὶ γνώμῃ προέθηκ' ἀγαθὴν ζωὴν προελέσθαι. *f. ἔρριψε.
† Αὐτοῖς δ' εἰς θάνατον, καὶ πῦρ αἰῶσιν * ἔρριψεν. 71
Εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμή, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα. (ζαν, ἡ ἀληθινὴ
Τούτῳ θὲς † σὺ καθαρὰν ἢ ἀναίμακτον τράπε- εὐσέβεια.
Πληρώσας ἀγαθῶν, καὶ δὸς πεινῶντι τὸν ἄρτον, f. καθαρὰν
Καὶ διψῶντι ποτόν, καὶ εἵματα σώματι γυμνῷ. τε ἀναίμα
Ἐκ μόχθων ἰδίων πορίσας ἁγναῖς παλάμαισι, κτόν τε τρά
Θλιβόμενον κτῆσαι. καὶ τῷ κάμνοντι παράστα, πεζαν.
Καὶ ζῶσαν θυσίαν ταύτην τῷ ζῶντι πόρειζε.
Σπεῖρον ἐπ' εὐσεβίῃ, ἵνα σοι κύριος τάδε δώσει.
Καρποὺς ἀθανάτους, καὶ φῶς αἰώνιον ἕξεις,
Καὶ ζωὴν ἀμάραντον, ὅταν πυρὶ πάντας ἐλέγξῃ.
Χωνεύσει γάρ, καὶ πάντ' εἰς καθαρὸν διατάξει.
Οὐρανὸν εἱλίξει, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξει. 72
Καὶ τότ' ἀναστήσει νέκυας, μοῖραν καταλύσας,
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἥξει,
Κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν,
Καὶ κριὸν κριῷ, καὶ ποιμένα ποιμένι θήσει.

Καὶ

Καὶ μόσχον μόσχῳ πέλας ἀλλήλων ἐς ἔλεγχον,
Οἵτινες ὑψώθησαν ἐλεγχόμενοι ὑπ' ἐλέγχων.
Καὶ στόμα παντὸς ἔφραξαν, ἵν' αὐτοὶ ζηλώσαντες,
Τοὺς ὁσίους πράσσοντας ἴσως καταδουλώσωσιν,
Σιγὰν προστάσσοντες, ἐπειγόμενοι διὰ κέρδος.
Καὶ δοκίμοις πιστοῖς τότε χωρήσουσιν ἅπαντες.
Οὐκέτι λοιπὸν ἔρις λυπούμενος ἄπειρον ἔσται.
f. μεγά. Οὐκ ἐχθὲς γέγονεν, οὐχ ἤματα † μικρὰ μοβίμνης.
Οὐκ ἔαρ, οὐχὶ θέρος, οὐ χειμὼν, οὐ μετόπωρον,
f. πονήσει. Οὐ δύσις αὐτολίη. † ποιήσω γὰρ μακρὸν ἦμαρ,
Εἰς αἰῶνα φωτὸς μεγάλου πεποθημένος ἔσται.
Χς Ις αἰώνων *
Ἀγέννητος, ἄχραντος, ἀέναος, ἀΐδιός τε,
73
f. μετρῶν. Οὐράνιος, ἰσχύϊ † μέτρων πυρόεσσαν ἀϋτμὴν,
Καὶ πάταγον σκῆπτρον, κατέχει σὺν ἀπηνέϊ πυρ·
Γραΰνει τε βαρυκτύπεα δουπήματα βροντῶν, (σῶ,
Γῆν κλονέων κατέχει ῥοιζήματα *
f. καὶ στερο-πῶν. † Κὰς σβροπῶν μάστιγας ἀπαμβλύνει πυροφεγγεῖς.
Ομβρων δ' ἄσπετα χεύματα, κραιπνῆς ἢ χαλάζης,
Κρυμαλέους νεφελῶν βουλῆς, καὶ χείματος ὁρμῆς.
Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἕκαστα νόῳ διατεκμαίρονται,
Οσσα πὰρ αὐτῷ σοι δοκέει, πρήσσειν τ' ἐπινεύεις.
Σῷ παιδὶ πρὸ κτίσεως πάσης στέρνοις ἴσοισι πεφυκώς.
Σύμβουλος πλάστης μερόπων, κριτής τε βίοιο,
Ον πρώτῃ στόματος γλυκερῇ προὐφθέγξατο φωνῇ.
Ποιήσωμεν ἰδίου πανομοίϊον ἀνέρα μορφῇ

Ημε-

Et uitulus uitulo admoto censebitur illic.
Quosq; sibi nimium fastum sumpsisse patebit,
Et qui cuilibet os obstruxere imperiosi,
Et sibi de sanctis uires peperere subactis,
Ex paribusq; ipsos fecerunt inferiores,
Et studij lucro ducti iussere silere:
Tunc inquam cedent omnes fidisq; probisq;.
Non iam iurgia erunt, non iam dicetur, Erit cras,
Aut transiuit heri: nec erunt quos crebra fatigat
Cura dies: non uer, æstas, autumnus, hyems'ue,
Ortus'ue, occasus'ue. dies nam longa manebit.
εἰς αἰῶνα φωτὸς μεγάλου πεποθημένος ἔσαι

Christus Iesus seclorum *
Aeternus, nunquam genitus, planè intemeratus,
Ignitas cœli cohibet qui uiribus auras:
Fulminis & sonitum sæuo fulgore coercet,
Horrendos tonitrus mollit, pacatq; fragores.
Terram conuoluens stridores comprimit *
Fulguris obtundit percussus igne micantes.
Imbris & immodicos fluxus, & grandinis albæ,
Et nubis gelidi amplexus, hyemisq; solutæ.
Singula namq; ipsi coniectant mente, uidentur
Quæ tibi, quæq; tuo nato annuis ipse patranda.
Qui tibi & unanimis, & par, res ante creatas,
Humanæ iudex uitæ, sociusq; creator.
Ad quem tu dulci prima oris uoce locutus:
Condamus hominem proprium, nostræq; figuræ

Persi-

Persimilem, atq; auram uitalem demus habere.
Cui uel mortali totus famulabitur orbis,
Et ficto ex terra nos omnia subijciemus.
Hæc tu mente tua sic uerbo fatus, & ecce
Omnia facta: tibi parent elementa iubenti
Omnia protinus, & rerum natura perennis
Est cum figmento mortali condita ritè,
Cœlum, aer, ignis, tellus, fluctusq; marini,
Sol, luna, astrorumq; chorus, montesq;, diesq;,
Nox, flatus, somnus, uigilantia, uisq; uolendi,
Vita, intellectus, uoces, & robur, & artes,
Atq; immansuetũ uolucrum genus, atq; natantum,
Mansuetum, bigenus, serpentumq;, ancipitumq;:
Omnia namq; tibi certo ordine disposuisti,
Temporibusq; petit postremis terram. *
Et breuis egressus Mariæ de uirginis aluo
Exorta est noua lux *
E` cœlo ueniens mortales induit artus.
Gabriel. Ac primum corpus Gabriel ostendit honestum
Nuncius, hinc tali affatur sermone puellam:
Maria. Accipe uirgo Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: ast illam cœlestis gratia molli
Lenijt afflatu. tum uirginitatis amatrix
Perpetuæ, magno subitò correpta stupore,
Atq; metu, trepida preßit formidine mentem,
Ignotis uerbis commoto corde tremiscens.
Hinc ut lætificis mens est recreata loquelis,

Ἡμετέρῃ, καὶ δῶμεν ἔχειν ζωαφηέα πνοιὴν,
Ὧ θνητῷ περ ἐόντι τὰ κοσμικὰ πάντα λατρεύσει.
Καὶ χοϊκῷ πλασθέντι, τὰ πάνθ' ὑποτάξομεν αὐτῷ.
Ταῦτα δ' ἔφησε λόγῳ, τῇ σῇ φρενὶ πάντα δ' ἐτύ-
χθη.
Πάντα δ' ὁμοῦ στοιχεῖα κελεύσματι † πέθεται τῷ σῷ. f. πείθετο.
Καὶ κτίσις ἀΐδιος συνετάσσετο, πλάσματι θνητῷ.
Οὐρανὸς, ἀὴρ, πῦρ, χθὼν, γῆ καὶ χεῦμα θαλάσσης,
Ἥλιος, μήνη, χόρος ἄστρων, οὔρεα τ' ἦμαρ,
Εὐφρόνη, ὕπνος, ἔγερσις, πνεῦμα, καὶ ὁρμή.
Ψυχὴ καὶ σύνεσις, τέχνη, φωνή τε καὶ ἀλκή.
Ζώων τ' ἄγρια φῦλα τὰ νηκτῶν καὶ πετεηνῶν,
Παιζῶν τ' ἀμφιβίων τε, καὶ ἑρπετέων, διφυῶν τε.
Πάντα γὰρ αὐτός σοι συνετάξατο σῇ ὑπ' † ἀναγω- f. ἀγωγῇ.
Ὑστατίοις τε χρόνοις χθόνα ἠμείψατο * (γῇ,
Καὶ βραχὺς ἐλθὼν παρθένου ἐκ Μαρίας λαγόνων τε,
Ἐξανέτειλε νέον φῶς *
Οὐρανόθεν δὲ μολὼν, βροτέην ἐνεδύσατο μορφήν.
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ σθεναρὸν δέμας ἁγνὸν ἐδεί- Γαβριήλ.
Δεύτερα καὶ κούρην αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ, (χθη,
Δέξαι ἀχράντοισι θεὸν σοῖς παρθένε κόλποις.
Ὣς εἰπὼν, ἐμπνευσε θεὸς χάριν, ἠδ' αἰεὶ κούρῃ,
Τὴν ἄρα τάρβος ὁμοῦ, θάμβος θ' † ἔλεν ἐξαΐουσαν. Μαρία.
Στῆ δ' ἄρ ὑποτρομέουσα, νόος δέ οἱ ἐπτοίητο
Παλλομένης κραδίης, ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.
Αὖθις δ' ἐφράνθη, καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῇ.

Κουρίδιον δ' ἐγέλασσεν, ἑὴν δ' ὀρύθηνε παρειήν,
Χάρματι τερπομένη, καὶ θελγομένη φρένα
αἰδοῖ.
Καί οἱ θάρσος ἐπῆλθεν, ἔπος δ' εἰσέπτατο νηδύν.
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, καὶ γαστέρι ζωογονηθὲν,
Ἐπλάσθη βροτέην ἰδέην, καὶ κοῦρος ἐτύχθη,
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖ-
σιν.
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα θεῷ πατρὶ, καὶ θεῷ υἱῷ.
Τικτόμενον δὲ βρέφος, ποτὶ δ' ἔφθατο γηθοσύνη
χθών.
Οὐράνιος δ' ἐγέλασε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.
Καινοφαὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ.
Σπαργανωθεὶς δὲ βρέφος, δέχθη θεοπειθέσι φάτνη.
Καὶ λόγου ἡ Βηθλεὲμ πατρὶς θεόκλητος ἐλέχθη,
Βουτελάταις τε καὶ αἰγονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν.
Ἐν κραδίῃ τε ταπεινόφροσιν πικρὰ τέρματα μι-
σεῖν,
f. πάντως. Καὶ † πάντων ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὥς περ ἑαυτὸν,
Καὶ θεὸν ἐκ ψυχῆς φιλέειν, αὐτῷ δὲ λατρεύειν.
Τοὔνεκ' ἄρ ἡμεῖς καὶ ὁσίης χριστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυότες, ἐπικλέμεθα σὺν ἐμοίγε
Μνήστην εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες.

Δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ, τὸ δόντι τέλος τῶν σιβυλ-
λιακῶν χρησμῶν.

Erubuit malas ridens puerile uenustas,
Lætitia, dulciq́; animum demulsa pudore.
Tunc ad se rediјt, uerbumq́; uolauit in aluum,
Idq́; suo factum atq; animatum tempore corpus
Mortali facie cretum est. puer inde creatus
Virgineo partu. mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo patri natoq́; stupenda.
Hoc puero nato properauit gaudia tellus,
Cœlestis risit sedes, & gestijt orbis:
Diuinamq́; Magi stellam coluere recentem.
Monstratusq́; Dei præcepta sequentibus infans
Est in præsepi, quem fascia circuit, estq́;
Dicta Logi Bethlem diuino patria nutu
Caprarum atq; ouium custodibus, atq; bubulcis.
* *Et tumidos fastus animis odisse modestis,*
Atq; alios prorsum ceu semet amare, Deumq́;
Diligere ex animo cum relligione colendo.
Nos igitur sancta Christi de stirpe creati
Cœlesti, nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem seruantes relligionem.

FINIS.

Versus quidam Sibyllini à Lactantio citati Lib. 7. cap. 19. qui neq; in Theophilo, neque in his libris extant.

——Cum uenerit ille

Ignis erit tenebræ mediæ caligine noctis,

7.24. *Audite ô homines, rex imperat ille perennis.*
Omnia sed feret hæc tellus sacra sola piorum
Ex petra mellis latices, lactisq́; perennes
Fontes, unde bibant iustiq́; pijq́;, scatebunt.

De ira Dei cap.23. *Atq; Deum regem cunctorum progenitorem:*
Quem tremit & tellus, cœlū, pelagusq́; profundū,
Tartareiq́; sinus, atq; ipsi dæmones horrent.

EXTANT ETIAM APVD EVNdem Lactantium quædam Græca Apollinis oracula, quæ nobis interpretari, & huc addere uisum est. Igitur primi libri cap. 7. sic ait: Apollo quęrenti cuidam, quis esset, aut quid esset omnino Deus? respondit uiginti & uno uersibus, quorum hoc principium est:

Ex sese constans, sine matre, à nemine doctus,
Immotus, nomen quod uerbis dicere non est,
In flammis habitans: hoc scilicet est Deus. at nos
Eius parua sumus Genij pars. ——

Item lib. quarto. cap.13. de Christo loquens, inquit: Propterea Milesius Apollo consultus, utrum'ne Deus an homo fuerit, hoc modo respondit:

Corpore mortalis, sapiens per facta stupenda:
Iudicibus sed enim Chaldæis captus, & armis,
Clauis & palo finem tolerauit acerbum.

Et

LACTANTIVS LIB. 7. Cap. 19.

—Ὁππότ' ἂν ἔλθῃ
Πῦρ ἔσται σκότος ἐν τῇ μέσσῃ νυκτὶ μελαίνῃ.

LIB. 7. Cap. 24.

Κλῦτε δέ μου μέροπες, βασιλεὺς αἰώνιος ἄρχει.
Εὐσεβέων δὲ μόνον ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει.
Νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης, ἠδ' ἀπὸ πηγῆς,
Καὶ γάλακτ' ἀμβροσίης ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις.

Lib. de ira Dei. Cap. 23.

Ἠδὲ θεὸν βασιλῆα καὶ γεννητῆρα πρὸ πάντων,
Ὃν τρέμεται καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ, καὶ δαίμονες ἐκφρίττουσιν.

Lib. 1. Cap. 7.

Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος,
Οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἐν πυρὶ ναίων,
Τουτὶ θεὸς, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

Lib. 4. Cap. 13.

Θνητὸς ἐὼν κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις,
Ἀλλ' ὑπὸ χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συναλωθεὶς,
Γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν.

Ψυχὴ μὲν μέχρις οὗ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖται
Φθαρτὰ νοοῦσα πάθη, θνηταῖς ἀλγηδόσιν εἴκει.
Ἡνίκα δ᾽ ἀνάλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν
Ὠκίστην εὕρηται, ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται,
Αἰὲν ἀγήραος οὖσα, μένει δ᾽ εἰς πάμπαν ἀτειρής.
πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεοῦ διέταξε πρόνοια.

EVSEBII DE ACROSTICHIDE Sibyllina iudicium. Atque item Aegloga Vergilij quarta, ab eodem Græcè reddita.

Παρέσταται δέ μοι καὶ τῶν ἀλλοδαπῶν τι μαρτύριον τῆς τοῦ χριστοῦ θεότητος ἀπομνημονεῦσαι. ἐκ γάρ τοι τούτων δηλονότι καὶ ἡ τῶν βλασφημούντων αὐτὸν διάνοια οἶδεν αὐτὸν θεὸν ὄντα, καὶ θεοῦ παῖδα, εἴπερ γοῦν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πιστεύουσιν. ἡ τοίνυν ἐρυθραία σίβυλλα, φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι, ἱέρειαν τοῦ ἀπόλλωνος, διάδημα ἐπίσης τῷ θρησκευομένῳ ὑπ᾽ αὐτῆς θεῷ φοροῦσα, καὶ τὸν τρίποδα περὶ ὃν ὁ ὄφις εἱλεῖτο, περιέπουσα, ἀποφοιβάζουσά τε τοῖς χρωμένοις αὐτῇ, ἠλιθιότητι τῶν γονέων ἐπιδεδωκότων αὐτὴν τοιαύτῃ λατρείᾳ, δι᾽ ἣν ἀσχήμονες θυμοὶ καὶ οὐδὲν σεμνὸν ἐπιγίνεται, κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱστορουμένοις

περὶ

Et lib. ſeptimi cap. 13. Polites quidam conſuluit Apollinem Mileſium (inquit) utrum'ne maneat anima poſt mortem, an reſoluatur? & reſpondit his uerbis:

Donec corporeis animus connexibus hæret,
Cedit mortali patiens humana, dolori.
Sed cum mortali compage ſolutus, abiuit
Corpore confecto, tum totus in æthera fertur,
Incorruptus ubi maneat, nunquamq́; ſeneſcens.
Sic antiqua Dei *fieri prudentia mandat.*

FINIS.

EVSEBIVS DE VITA CONſtantini, interprete Vuolfgango Muſculo Duſano.

SVbit autem animum meum, etiam extraneorum quoddam de Chriſti *diuinitate teſtimonium commemorare.* Ex *his enim, etiam blaſphemantium, ipſum animus,* Deum *ipſum eſſe, ac filium* Dei, *nouit: ſi ſaltem ſuis ipſorum ſermonibus credunt. Sibylla igitur* Erythræa, *quæ ſe ipſam, ſexta poſt diluuiũ generatione uixiſſe, & ſacerdotem* Apollinis *fuiſſe dicit, diadema ex æquo unà cum* Deo, *cui ſeruiebat, geſtans: & tripoda, circa quem ſerpens uerſabatur, colens, & appropinquantes ad ſe abijciens, propter dementiam parentum, qui eam tali cultui tradiderant, ob quam etiam dedecoroſæ furiæ, ſicut commemorant, qui*

de Daphne scribunt. Hæc inquam, Sibylla intus in ipsis aliquando adytis importuna superstitione occupata, ac diuina certè inspiratione referta, carminibus futura de Deo uaticinata est, perspicuè in serie primarum literarum, quæ Ἀκρόστιχις dicitur, historiam aduentus Iesu declarans. Est autem Acrostichis ista: Iesus Christus, Dei filius, Seruator, Crux. Carmina uerò illius hæc sunt:

Acrostichis, ex Gyraldi uersione est.

Iudicij fuerit cum signum, terra madebit,
Et cœlo ueniet princeps per secla futurus,
Scilicet ut carnem præsens & iudicet orbem.
Omnis homo hūc, fidusq; Deum, infidusq; uidebit,
Vnà cum sanctis excelsum fine sub æui:
Sede sedens animas censebit, corpora & ipsa.
Chersos erit mundus, spinas feret undiq; tellus.
Reijcient simulachra homines & munera Ditis.
Inquirens portas infringet carceris atri.
Sic etenim cunctæ ueniet lux libera carni,
Tunc sanctis: ignis sontes æternus aduret.
Occultos actus omnes & quisq; loquetur,
Sed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.
Threnus erit cunctis, & stridor dentis adesi.
Effugiet solis iubar, astrorumq; choreæ,
Omne poli lumen soluetur, & aurea luna.

Valles

περὶ τῆς δάφνης. αὕτη τοίνυν ἔσω τῶν ἀδύτων ποτὲ τῆς ἀκαίρου δεισιδαιμονίας προαχθεῖσα, καὶ θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστή, δι' ἐπῶν περὶ τοῦ θεοῦ τὰ μέλλοντα προεθέσπισε, σαφῶς ταῖς προτάξεσι τῶν πρώτων γραμμάτων, ἥ τις ἀκροστιχὶς λέγεται, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῆς τοῦ Ἰησοῦ κατελεύσεως. ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη. Ἰησοῦς χριστός, θεοῦ υἱός, σωτήρ, σταυρός. τὰ δὲ ἔπη αὐτῆς, ταῦτα.

ΙΣ ΧΣ ΘΥ ΥΙΟΣ, ΣΩΤΗΡ, ΣΡΣ.

Ἱδρώσει δὲ χθὼν κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται. Ἀκροστιχὶς
Ἥξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν ὁ μέλλων περὶ χριστοῦ.
Σάρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι, καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ὄψονται δὲ θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
Ὕψιστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο,
Σαρκοφόρων ψυχὰς ἀνθρώπων βήματι κρίνων.
Χέρσος ὅταν ποτὲ κόσμος ὅλος, καὶ ἄκανθα γένηται,
Ῥίψουσιν δ' εἴδωλα βροτοί, καὶ πλοῦτον ἅπαντα.
Ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανόν, ἠδὲ θάλασσαν
Ἰχνεῦον. φλέξει δὲ πύλας εἱρκτῆς ἀΐδαο.
Σὰρξ τότε πᾶσα βροτῶν ἐπ' ἐλευθέριον φάος ἥξει
Τῶν ἁγίων. ἀνόμους δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ὁππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Στήθεα γὰρ ζοφόεντα θεὸς φωστῆρσιν ἀνοίξει.
Θρῆνος δ' ἐκ πάντων ἥξει, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ἐκλείψει δὲ φάος σέλας ἠελίοιο καὶ ἄστρων,
Οὐρανὸν εἱλίξει, μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.

Ὑψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Ὕψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Ἶσά τ' ὄρη πεδίοις ἔσται, καὶ πᾶσα θάλασσα
Οὐκέτι πλοῦν ἕξει. γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ,
Σὺν πηγαῖς ποταμοί τε καχλάζοντες λείψουσιν.
Σάλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ὠρύουσα μύσος μελέων, καὶ πήματα κόσμου.
Ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.
al. βασιλῆος. Ἥξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ † βασιλῆες ἅπαντες.
Ῥεύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρός, ἠδέ τε θείου.
Σῆμα δὲ πᾶσι βροτοῖσι τότε, σφραγὶς ἐπίσημος,
Τὸ ξύλον ἐν πιστοῖς, τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται,
Ἀνδρῶν εὐσεβέων ζωή, πρόσκομμα δὲ κόσμου.
Ὕδασι φωτίζων κλητοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.
Ῥάβδος ποιμαίνουσα σιδηρείη τε κρατήσει.
Οὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοισιν θεὸς ἡμῶν,
Σωτὴρ ἀθάνατος, βασιλεύς, ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρῦξαι. μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσι, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες ἐρυθραίαν γεγενῆσθαι σιβύλλαν μάντιν. ὑποπτεύουσι δέ τινα τὸν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ σι-

βύλλης

Valles extollet, collesq́; à uertice perdet.
Vsquã nec celsum mortalibus aut graue quicquã.
Inde æqui montes campis, hinc cerula ponti
Omne ratis ſpernent onus, hiſcet fulmine tellus.
Sic fontes ſimul areſcent, & fluminis aluei.
Stridula tum querulũ ſonitũ tuba fundet olympo,
Orbis grande malum rugiens, & damna futura,
Tartareumq́; chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et uenient omnes reges magni ante tribunal.
Refluet & cœlo tunc ſulphuris amnis, & ignis.
Sic cunctorum hominũ fient manifeſta ſepulchra.
Tum fidis lignum, cornu atq; optabile fiet:
Atq; piorum uita hominum, nocumentaq́; mundi
Vndis luſtrabunt biſſeno in fonte uocatos.
Rex paſtoris erit nobis & ferrea uirga.
Omnipotens Deus eſt præſcriptus uerſibus iſtis,
Seruator noſtro æternus rex paſſus amore.

Hæc rurſus Muſculi translatio eſt.

Et hæc uirgo perſpicuè uaticinari potuit. Hanc ego quidem beatam iudico, quam Seruator prouidentiæ ſuæ erga nos uatem elegit. Verùm multi ſunt, qui hanc iſta uaticinatam eſſe non credũt, quamuis Sibyllam Erythræam uatem fuiſſe confiteantur: ſed ſuſpicantur, aliquem noſtræ religionis, poeticæ Muſæ non expertem, hæc condidiſſe carmina: eſſeq́; illa adulterina, & falſo Sibyllæ.

byllæ. Vaticinia dico, cum utiles sententias habeant, multam uoluptatum licentiam amputantes, & ad temperatam & honestam uitæ conuersationem ducentes. Est autem ueritas in propatulo, eo quòd nostræ religionis uiri tempora diligenter & exactè collegerunt: non posse coniecturari, quòd poema hoc à quopiam sit, post Christi factum descensum, & iudicium. Est enim in confesso, Ciceronem poema hoc legisse, illud que & in Romanam dialectum transtulisse, & commentarijs suis inseruisse: denique hunc imperante Antonio interemptum: Antonium uerò postea ab Augusto superatum, qui 56 annos imperauit: & huic Tiberium successisse, cuius tempore Christi aduentus illuxit, & sanctißimæ religionis mysterium obtinuit, ac noua populi succeßio constitit. De quo eminentißimum Italiæ poetarum loqui puto, ubi ait:

Prodijt in lucem hominum genus inde nouorum.

Hic uersus ex Græco translatus est, quia non extat in Marone.

Et iterum, in alio quodam Bucolicorum loco:

Sicilides Musæ, paulo maiora canamus.

Quid manifestius? adijcit enim:

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas.

Significans uidelicet, Cumæam Sibyllam.

Nec

βύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, τὴν πολλὴν τῶν ἡδονῶν περικόπτουσας ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸν σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγοῦσας. ἐν προφανεῖ δ' ἀληθείᾳ τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας, συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον ὡς πρὸς τὸ μηδένα τοπάζειν μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι τὸ ποίημα, καὶ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι. ὡμολόγηται γὰρ, κικέρωνα ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ εἰς τὴν ῥωμαίων διάλεκτον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι, τοῦτον ἀναιρεῖσθαι κρατήσαντος ἀντωνίου. Αντωνίου δ' αὖ πάλιν αὔγουστον περιγεγενῆσθαι, ὃς ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. τοῦτον τιβέριος διεδέξατο, καθ' ὃν χρόνον ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἐπεκράτησε μυστήριον, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ συνέστη, περὶ ἧς οἶμαι λέγειν τὸν ἐξοχώτατον τῶν κατὰ ἰταλίαν ποιητῶν.

Ενθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη.

καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν βουκολικῶν τόπων·

Σικελίδες μοῦσαι, μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν.

τί τούτου φανερώτερον; προστίθησι γάρ·

Ηλυθε κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ὀμφή·

κυμαίαν αἰνιττόμενος δηλαδὴ τὴν σιβύλλαν.

καὶ

καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις, ἀλλὰ περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς χρείας τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἐπιποθούσης. τί λέγων αὖθις;

Οὗτος ἀπ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὤρνυται ἡμῖν.
Ἥκει παρθένος αὖθις ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

Τίς οὖν ἄρα εἴη παρθένος ἡ ἐπανήκουσα; ἆρ' οὐχ ἡ πλήρης τε καὶ ἔγκυος γενομένη τοῦ θείου πνεύματος; καὶ τί τὸ κωλῦον, τὴν ἔγκυον τοῦ θεοῦ πνεύματος κόρην εἶναι ἀεί, καὶ διαμένειν παρθένον; ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρου, τὴν οἰκουμένην παραγενόμενος ἐπικουφίσει. καὶ προστίθησιν ὁ ποιητής·

Τὸν δὲ νεωστί πω τεχθέντα φαεσφόρε μήνη,
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῆν γενεὴν ὀπάσαντα,
Προσκύνει σοῦ δὲ γὰρ ἄρχοντος, μενοεικέα πάντα
βρότεια *
Καὶ στοναχαί τε κατευνάζονται ἀλιτρῶν *

Συνίεμεν δὴ φανερῶς τε ἅμα καὶ ἀποκρύφως δι' ἀλληγοριῶν τὰ λεχθέντα, τοῖς μὲν βαθύτερον ἐξετάζουσι τὴν τῶν ἐπῶν δύναμιν, ὑπ' ὄψιν τῆς τοῦ θεοῦ θεότητος.* ὅπως τε μή τις τῶν δυναστευόντων ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἐγκαλεῖν ἔχῃ τῷ ποιητῇ, ὡς παρὰ τοὺς πατρῴους νόμους συγγράφοντι, ἐκβάλλοντί τε τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν προγόνων περὶ τῶν θεῶν νομιζόμενα, ἐπικαλύπτεται τὴν ἀλήθειαν. ἠπίστατο γάρ, οἶμαι, τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ σωτῆρος τελευτήν· ἵνα δὴ

τὰ

Nec his contentus, ulterius progreſſus eſt, tanquã ipſa neceßitas teſtimoniũ ipſius deſideraret. Quid igitur dicit?

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna.

Quǽnam igitur hæc uirgo eſt, quæ rediijt? An'non ea, quæ plena & fœta facta eſt de ſpiritu ſancto? Et quid impedit, quo minus puella hæc de diuino ſpiritu grauida, ſemper ſit & maneat uirgo? Redibit autem denuò, orbem'que aduentu ſuo releuabit. Et addit Poeta:

Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Te duce, ſi qua manent ſceleris ueſtigi noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Intelligimus autem dicta hæc manifeſtè ſimul, & obſcurè per allegorias prolata ijs, qui carminum horum ſenſum altius ſub conſpectum diuinitatis Dei ſcrutantur, innuere: quomodo Poeta, ne quis eorum qui in regia urbe denominabantur, culpare poſſet, quòd contra patrias leges ſcriberet, & quæ iam olim inde à maioribus de dijs credita fuiſſent, reijceret, ueritatem occuluerit. Nouerat enim, opinor, beatam ac celebrem Seruatoris mortem: ut uerò

imma-

immanem crudelitatem declinaret, mentes audito rum ad suam ipsorum consuetudinem duxit. Aras dicit fundandas esse, ac templa construenda, uictimasq; recens nato offerendas. Consequenter aūt, & cōsentaneè reliqua etiam subiunxit, si quis rectè intelligat. dicit enim:

Ille Deûm uitam accipiet, diuisq; uidebit
Permixtos Heroas, & ipse uidebitur illis.

Intelligit autem iustos.

Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas paßim cum baccare tellus,
Mixtaq; ridenti colocasia fundet acantho.

Vir admirabilis, omnisq; generis eruditione ornatus, temporum illorum sæuitiem exactè sciens, iterum dicit:

At tibi sincero puer ubera lacte grauascent,
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Vera dicit. Potentes enim aulæ regiæ fides nō metuet.

Ipsa tibi blandos reddent cunabula flores,
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
Occidet: Aßyrium uulgò nascetur amomum.

Et his nihil uerius quicquam, nihil etiam uirtuti Seruatoris accommodatius esse dixerit. Ipsis namq; Dei cunabulis spiritus sancti uirtus fragran

tes

τὸ ἄγριον τῆς ὠμότητος ἐκκλίνοι, ἦγε τὰς διανοίας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὴν ἑαυτῶν συνήθειαν. καὶ φησὶ, χρῆναι βωμοὺς ἱδρῦσθαι, καὶ νεὼς κατασκευάζειν, θυσίας τ' ἐπιτελεῖσθαι τῷ νεωστὶ τεχθέντι. ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπήγαγε τοῖς φρονοῦσι. φησὶ γάρ·

Λήψεται ἀφθάρτοιο θεοῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
Ἥρωας σὺν ἐκείνῳ ἀολλέας, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Πατέρι δὲ καὶ μακάρεσσιν ἐελδομένοισι φανεῖται,
Πατροδότῳ ἀρετῇ κυβερνῶν ἡνία κόσμου.
Σοὶ δ' ἄρα παῖ πρώτιστα φύει δωρήματα γαῖα,
Κριθὴν ἠδὲ κύπειρον ὁμοῦ κολοκάσι' ἀκάνθῳ.

θαυμαστὸς ἀνὴρ, καὶ πάσῃ παιδείᾳ κεκοσμημένος, ὃς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὴν τῶν τότε καιρῶν ὠμότητα,

Σοὶ δ' ὦ παῖς θαλεροὶ μαστοὶ καταβεβρίθασι,
φησὶ,
Αὐτόματοι γλυκὺ νᾶμα συνεκτελέουσι γάλακτος,
Οὐδὲ θέμις ταρβεῖν βλοσυροὺς ἀγέλῃσι λέοντας.

ἀληθῆ λέγων. ἡ γὰρ πίστις τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς δυνάστας οὐ φοβηθήσεται.

Φύσει δ' εὐώδη τὰ σπάργανα, * ἄνθεα αὐτὰ
Ὄλλυται ἰοβόλου φύσις ἑρπετοῦ, ὄλλυται πίσσης
Λοίγιος, ἀσσύριον θάλλει καταπάμπαν ἄμωμον.

Τούτων τ' οὐδὲν ἀληθέστερον, οὐδὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἀρετῆς οἰκειότερον εἴποι τις ἄν. αὐτὰ γὰρ τὰ τοῦ θεοῦ σπάργανα, πνεύματος ἁγίου δύναμις,

εὐώδη τινὰ ἄνθη, νεολὰ ἅπασι γεννᾷ. ὁ δὲ ὄφις ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐκείνου, ὃς τοὺς πρωτοπλάστους πρῶτος ἐξηπάτα, παράγων τὰς διανοίας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἐμφύτου ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν, ὅπως γνοῖεν τὸν ἐπηρτημένον αὐτοῖς ὄλεθρον· πρὸ γάρ τοι τῆς κατελεύσεως τοῦ σωτῆρος τῆς ἀθανασίας τῶν δικαίων, ἀγνοίᾳ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ μηδεμιᾷ χρηστῇ ἐλπίδι ἐρειδομένας, ἔθραυε· παθόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ πρὸς καιρὸν τοῦ περιτεθέντος σώματος χωρισθέντος ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως. καὶ εἴ τις ἰλὺς ἀνθρώπων ἀδικημάτων κατελείπετο, αὕτη πᾶσα λουτροῖς ἁγίοις ἐσμήχετο. τότε δὴ παρακελεύεται τοῖς ὑπηκόοις θαρρεῖν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ σεμνῆς διασήμου τε ἀναστάσεως τὰ ὅμοια ἐλπίζειν ἐκέλευσεν. οὐκ οὖν δικαίως ἐτελεύτα τῶν ἰοβόλων ἡ φύσις. ἐτελεύτα δὲ καὶ θάνατος. ἐπεσφραγίσθη δὲ ἡ ἀνάστασις· ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος, ὃ παραίτιον ἐγένετο τῆς πίστεως τοῦ θεοῦ. φύεσθαί τε καὶ πανταχοῦ φάσκων τὸ ἄμωμον, πλῆθος τῶν θρησκευόντων προσαγορεύει. οἷον γὰρ ἐκ μιᾶς ῥίζης πλῆθος κλάδων εὐώδεσι θάλλον ἄνθεσιν, ἀρδόμενον συμμετρίᾳ δρόσου βλαστάνει· πεπαιδευμένως δὲ ὦ σοφώτατε ποιητὰ Μάρων, καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα ἀκολούθως ἔχει.

Αὐτίκα δ' ἡρώων ἀρετὰς, πατρός τε μεγίστου

Ἔργ'

tes quosdam flores, nouam scilicet progeniem dedit. Serpēs uerò occidit, & uenenū serpentis illius, qui protoplastos primus seduxit, ac mentes eorum in trāsuersum egit, per insitū uoluptatum oblectamentum, ut cognoscerent immimens ipsis exitium. Etenim ante Seruatoris descensum, animos hominū propter ignorantiam immortalitatis iustorum nulla bona spe fundatos, fractos reddidit. Verùm post paßionem illius, postq̄ corpus, quo amictus erat, ad tempus communicatione spiritus sancti priuasset, reuelata est mortalibus resurrectionis uirtus. et si qua fex iniusticiæ in hominib. relicta est, uniuersa sacris est lauacris repurgata. Tunc obtemperantibus sibi, bono esse animo præcepit, & ex augusta ipsius illustriq; resurrectione consimilia sperare iußit. Itaque non immeritò occidit uenenatorum serpentiū natura, occidit & mors, obsignata uerò est resurrectio. Perijt & gens Aßyriorum, quæ filium Dei recusauit: & amomum ubiq; nasci dicens, sic multitudinem cultorum Dei appellat. uelut enim ex una radice multitudo ramorum, fragrantibus floribus uernans, ac moderato rore irrigatim germinat. Scitè autem hæc, ô sapiētißime poeta Maro: & quæ sequūtur etiam, consentanea sunt.

At simul heroum laudes, & facta parentis,

Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere uirtus.

Heroum laudes, iustorum uirorum opera signi ficat. patris uerò uirtutes, mundi huius constitutionem & opificium, perpetuò consistens. Forsan autem et leges, quibus Ecclesia amans Dei utitur, dum uitam cum iustitia & temperãtia decoratam exercet. Admirabilis etiam est expedita illa amplificatio commiserationis inter bonos & malos, quæ subitam repentinæ mutationis uelocitatem nõ admittit.

Molli paulatim flauescet campus arista:

Hoc est, diuinæ legis fructus maturuit.

Incultisq; rubens pendebit sentibus uua.

Quæ quidem non sunt secundum illicitam uitæ conuersationem.

Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Stoliditatem hominum illius temporis, ac strigosos mores describit: & quàm suauem hi, qui filium Dei audiunt, tolerantiæ suæ fructum recepturi sint, docet.

Pauca tamẽ suberũt priscæ uestigia fraudis,
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ iungere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atq; iterum ad Troiã magnus mittetur Achilles.

Rectè, ô sapientißime poeta. poeticã enim facultatem,

Ἔργ' ὑποδρηνοῦσι κεκασμένα πάντα μαθήσῃ.

Τοὺς μὲν τῶν ἡρώων ἐπαίνους, τὰ τῶν δικαίων ἀνδρῶν ἐγχειρημάτων· τὰς δὲ ἀρετὰς τοῦ πατρὸς τὴν τοῦ κόσμου σύνταξιν, καὶ τὴν εἰς αἰώνιον διαμονὴν ἀπεργασίαν λέγων· ἴσως δὲ καὶ τοὺς νόμους, οἷς ἡ θεοφιλὴς ἐκκλησία χρῆται, ἐπιτηδεύουσα τὸν μετὰ δικαιοσύνης τε καὶ σωφροσύνης βίον. θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ τοῦ μεταξὺ τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν βίου τὸ κεχυμμένον παραύξησις, τὸ ἀθρόον τῆς αἰφνιδίου μεταβολῆς παραιτουμένου.

Γρῶτον μὲν, ἀνθερίνων ξανθῶν ἤγοντο ἀλωαί.

τουτέστιν, ὁ καρπὸς τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρείαν.

Ἐν δ' ἐρυθροῖσι βάτοισι παρήορος ἤνδανε βότρυς.

ἅπερ οὐκ ἦν κατὰ τὸν ἄθεσμον βίον·

Σκληρῶν δὴ πρίνης λαγόνων μέλιτος ῥέε νᾶμα.

τὴν ἠλιθιότητα τῶν τότε ἀνθρώπων, καὶ τὸ κατεσκληκὸς ὑπογράφων ἦθος. ἴσως δὲ καὶ τὸν τοῦ θεοῦ γόνον ἀκούοντας τῆς ἑαυτῶν καρτερίας γλυκύν τινα καρπὸν λήψεσθαι διδάσκων.

Γαῦρα δ' ὅμως ἴχνη προτέρας περιλείπεται ἄτης,
Γόντον ἐπαΐξαι, περί τ' ἄστεα τείχεσι κλεῖσαι,
Ρῆξαί τ' εἰλιπόδων ἑλκύσμασι τέλσον ἀρούρης.
Ἄλλος ἔπειτ' ἔσται τῖφυς, καὶ θεσσαλὶς ἀργὼ,
Ἀνδράσιν ἡρώεσσιν ἀγαλλομένη. πόλεμον δὲ
Τρώων καὶ Δαναῶν πειρήσεται αὖθις ἀχιλλεύς.

σύ γ' ὦ σοφώτατε ποιητά. τὴν γὰρ ποιητικὴν ἐξου-

σίαν μέχρι τοῦ προσήκοντος ἐτχμισούσω. οὐ γὰρ ἦν σοι προειρημένον ἀποθεσπίσαι, μὴ ὄντι γε προφήτῃ. ἐκώλυε δ' ἔτ' ἴσ, οἶμαι, καὶ κίνδυνος, τοῖς ἐλέγχουσι τὰ ὑπὸ τῶν προγόνων νομισθέντα ἐπηρτημένος, πεφραγμένως δὴ καὶ ἀκινδύνως κατὰ τὸ δυνατὸν συνιέναι δυναμένοις παραστήσας τὴν ἀλήθειαν, πύργους καὶ πόλεμον αἰτιασάμενος, ἅπερ ἀληθῶς ἔτι καὶ νῦν ἐξετάζεται κατὰ τὸν ἀνθρώπων βίον, χαρακτηρίζει τὸν σωτῆρα ὁρμῶντα ἐπὶ τὸν τρωϊκὸν πόλεμον. τὴν δ' Τροίαν, τὴν οἰκουμένην πᾶσι. ἐπολέμησε γοῦν ἀντικρὺς τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως πονηρᾶς πεμφθεὶς ἐξ οἰκείας τε προνοίας καὶ παραγγελίας μεγίστου πατρός. τί δὴ μετὰ ταῦτα ὁ ποιητὴς λέγει:

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἠνορέης ὥρη καὶ καρπὸς ἵκηται.

τουτέστιν, ἐπειδὰν ἀνδρωθεὶς, τὰ περιέχοντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ῥιζόθεν ἐξέλῃ, τήν τε ξύμπασαν γῆν εἰρήνῃ κατακοσμήσῃ· οὐχ' ὅσιοι αὐτοῖσιν ἀλιτροτάτοισιν, φυομένων ἄμυδις γαίης ἄπο πίονι μέτρῳ.

Αὔτος δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος, οὐδὲ ἄμην
Ὀτραλέου δρεπάνοιο ποθήσεμεν ἄμπελον οἶμαι.
Οὐδ' ἔριου δεύοιτο βροτὸς πόνον· αὐτόματος δὲ
Ἀρνειὸς τυρίοισι παρατρέψει λιβάδεσσιν,
Σάνδυκι πορφυρέῳ λάχνην ῥυπόεσσαν ἀμείβων·
Ἀλλ' ἄγε τιμῆεν σκῆπτρον βασιληΐδος ἀρχῆς,
Δεξιτερῆς ἀπὸ πατρὸς ἐριβρεμέταο δέδεξο,
Κόσμου κητώεντος ὁρᾷν σύμπηκτα θέμεθλα.

Χαρ-

tatem, quousque licuit, usurpasti. Non enim uaticinari poteras, quod propositum habebas, cum propheta nō esses. Deinde & periculum quoddam opinor tibi obstitit, quod imminebat, quòd à maioribus sancita reprehendisset. At ueritatem communiter & securê pro uiribus, illis qui intelligere poterant, expreßit, dum turres ac bellū accusans, quæ reuera etiamnum in uita mortalium inquiruntur, Seruatorem ad Troianum bellum proficisci significat: Troiam autem, totum orbem intelligit. Expugnauit igitur palàm prauam illam aduersariam potentiam Christus, ex propria prouidentia, & maximi patris mandato missus. Quid sub ista Poeta dicit?

Cedet & ipse mari uector, nec nautica pinus Lact. lib. 7. cap. 24.
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non uinea falcem.
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator.
Nec uarios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit uellera luto.
Sponte sua sandix pascentes uestiet agnos.
Talia secla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, honores
Chara Deûm soboles, magnum Iouis incremētum.
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,

Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum:
Aspice uenturo lætentur ut omnia seclo.
O mihi tam longæ maneat pars ultima uitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminib. uincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quãuis, atq; huic pater ad-(sit:
Orphẽi Calliopeia, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.

Vide, inquit, etiam elementorum omnium gaudium. Arbitretur ista quisquam insipientium de genere mortalium dici. Verùm quæ fuerit ratio, ut nato filio hominis terra nec sata sit, nec arata, nec uitis falcem aut aliam quampiam culturæ curam admittat? Quomodo intelligetur, hoc de humana dictum esse generatione? Natura enim diuini mandati ministra est, non humanæ iußionis operatrix. Sed & gaudiũ elementorũ, descensum Dei, non hominis alicuius partum significat. Et quod poeta uitæ sibi finem prorogari optat, diuinæ est denominationis symbolum. Vitam enim ac salutem à Deo petere solemus, non ab homine. Dicit itaque Erythræa ad Deum: Quid mihi, ô Domine, diuinationis neceßitatem imponis: & non magis à terra in sublime sublatam, usque ad beati aduentus tui diem custodis? Sed Maro etiam ista prædictis adiungit:

Χαρμοσύνην γαίης τε καὶ οὐρανοῦ, ἠδὲ θαλάσσης,
Γηθόσυνόν τ' αἰῶνος ἀπειρεσίου λάσιον κῆρ.
Εἴθε με γηραλέον ζώοντά τ' ἔχε νήδυμος ἰσχὺς,
Τὴν ἀρετὴν κελαδεῖν ἐφ' ὅσον δύναμίς γε παρείη.
Οὐκ ἄν με πλήξειεν ὁ Θρηκῶν δῖος ἀοιδὸς,
Οὐ Λίνος, οὐ Πὰν αὐτὸς, ὃν Ἀρκαδίη τέκετο χθών.
Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πὰν ἀνθέξεται εἵνεκα νίκης.

ὁρᾷ, φησὶ, καὶ τῶν στοιχείων ἁπάντων χαράν. ταῦτα δόξειεν ἂν τισι τῶν οὐκ εὖ φρονούντων, περὶ γενεᾶς ἀνθρώπου λέγεσθαι· παιδὸς δὲ τεχθέντος ἀνθρώπου. ποῖον δὲ ἔχει λόγον, γῆν ἄσπαρτον καὶ ἀνήροτον, καὶ τήν γε ἄμπελον μὴ ἐπὶ τὴν δρεπάνου ἄμην, μηδὲ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν, πῶς ἂν νοηθῇ λεχθὲν ἐπὶ γενεᾶς ἀνθρωπίνης; ἤτοι γάρ τοι φύσις θείας ἐστὶ πρὸς τάξεως διάκονος, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτις. ἀλλὰ καὶ στοιχείων χαρὰ θεοῦ κάθοδον, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς χαρακτηρίζει κίνησιν, τό, τε εὔχεσθαι τὸν ποιητὴν, τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ μηκύνεσθαι, θείας ἐπικλύσεως σύμβολον. παρὰ γὰρ θεοῦ τὸν βίον καὶ τὸ σώζεσθαι ἀξιοῦν εἰθίσμεθα, οὐ πρὸς ἀνθρώπου. ἡ γοῦν Ἐρυθραία πρὸς τὸν θεὸν· τί δή μοι, φησὶν, ὦ δέσποτα, τὴν τῆς μαντείας ἐπισκήπτεις ἀνάγκην, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ὑπὸ τῆς γῆς μετέωρον ἀρθεῖσαν διαφυλάττεις, ἄχρι τῆς μακαριωτάτης σῆς ἐλεύσεως ἡμέρας; ὁ δὲ Μάρων πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπιφέρει καὶ τάδε·

Ἄρχεο μειδιόων ἀνδρῶν τὴν μητέρα κεδνὴν
Γνωρίζειν. ἡ γάρ σε φέρεν πολλοὺς λυκάβαντας.
Σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν ἐφημέριοι ἐγέλασαν,
Οὐδ' ὕψω λεχέων, οὐδ' ἔγνως δαῖτα θάλειαν.

πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοῦτον οἱ γονεῖς ἐμειδίασαν; ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν θεὸς, ἄποιος δύναμις, καὶ ἀσχημάτιστος μὲν, ἐν περιγραφῇ δὲ ἄλλων, οὐκ ἀνθρωπίνου δὲ σώματος, λεπτὸν δὲ ἄπειρον, τίς οὐκ οἶδεν ὂν τὸ ἅγιον πνεῦμα; ποία δὲ ἐπιθυμία, ἔφεσίς τε ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ διαθέσει, οὗ πάντα ἐφίενται; τί δ' ὅλως κοινὸν σοφία τε καὶ ἡδονῇ; ἀλλὰ ταῦτα ἐφείσθω λέγειν τοῖς ἀνθρωπίνην τινὰ * οἱ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν καθαρεύειν ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἔργου γε καὶ ῥήματος παρασκευάζουσιν.

DE SIBYLLIS, CLEMENTIS
sententia ex στρωμάτων libris.

Clemens in Protreptico, de uatib. uerba faciens, quib. Mosen ætate præfert, de Sibylla Phrygia sic scribit: καὶ οὔτι γε μόνος οὗτος, ἀλλὰ καὶ ἡ Σίβυλλα Ὀρφέως παλαιοτέρα. λέγεται γὰρ καὶ περὶ τῆς ἐπωνυμίας αὐτῆς, καὶ περὶ τῶν χρησμῶν τῶν καταπεφημισμένων ἐκείνης εἶναι, λόγοι πλεῖους, φρυγίαν τε οὖσαν κεκλῆσθαι ἄρτεμιν, καὶ ταύτην παραγενομένην εἰς δελφοὺς ᾆσαι.

Ὦ δελφοὶ θεράποντες ἑκηβόλου ἀπόλλωνος,
Ἦλθον ἐγὼ χρήσουσα Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Αὐτοκασιγνήτῳ κεχολωμένη ἀπόλλωνι.

ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἐρυθραία, ἡροφίλη καλουμένη. μέμνηται τούτων ἡρακλείδης ὁ ποντικός, ἐν τῷ

περὶ

Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Quomodo siquidem huic risere parentes? Deus enim illorum potentia est, sine qualitate, nec figuram habet: nec in reliquis circumscribitur, neque corpore est humano. Spiritũ uerò sanctũ quis ignorat, expertem esse thalami? Qualis uerò concupiscẽtia, & quale desiderium est in specie boni, quod omnia expetunt? Quid omnino commercij est sapientiæ ac uoluptati? Sed permittantur ista dicere, qui humanitùs non sunt affecti, sed animum suum ab omni malo opere & uerbo repurgare satagunt.

Clementis sententia de Sibyllinis.

NEq; uerò solus hic, sed & Sibylla Orpheo fuit antiquior. Traditur enim & de nomine eius, & de oraculis, quæ eius esse perhibentur. quorum sunt libri complures: eamq; fuisse Phrygiam, nomine Dianam, quæ Delphos profecta sic cecinerit:

O Delphi, quibus est numen iaculator Apollo,
Veni ego, quò dicam mentem Iouis armipotentis.
Frater Apollo mihi, sed cui succenseo fratri.

Est & alia Erythræa, Herophila uocata. Meminit earum Heraclides Ponticus, in

opere de Oraculis. Omitto Aegyptiam, & Italam, quæ Romæ habitauit, cuius filius fuit Euander, is qui Romæ fanum condidit, quod Lupercum nuncupatur.

FINIS.

περὶ χρηστηρίων. Εἶτα δὲ τὴν Αἰγυπτίαν καὶ τὴν Ἰταλὴν, ἣ τὸ ἐν Ῥώμῃ ᾤκησεν, ἧς υἱὸς Εὔανδρος, ὁ τὸ ἐν Ῥώμῃ τοῦ Πανὸς ἱερὸν τὸ Λουπέρκιον καλούμενον κτίσας.

τέλος.

DE SIBYLLA ERYTHRAEA,

quæ inter alias Sibyllas cognoſcitur de Chriſto euidentia multa cecinisse, Auguſtin. de Ciuit. Dei cap. 23. libri 18.

EOdem tempore nõnulli Sibyllam Erythræam uaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodit plures fuiſſe, non unam. Hæc ſanè Erythræa Sibylla, quædam de Chriſto manifeſta conſcripſit, quæ etiam nos prius in Latina lingua uerſibus malè Latinis, & non ſtantibus, legimus, per neſcio cuius interpretis imperitiam, ſicut pòſt cognouimus. Nam uir clariſsimus Flaccianus, qui etiam proconſul fuit, homo facillimæ facundiæ, multæq; doctrinæ, cum de Chriſto colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit, carmina eſſe dicens Sibyllæ Erythrææ: ubi oſtendit quodam loco, in capitibus uerſuum ordinem literarum ita ſe habentem, ut hæc in eo uerba legerentur, Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ: *quod eſt Latinè, Ieſus Chriſtus Dei filius ſaluator. Hi autem uerſus, quorum primæ literæ iſtum ſenſum, quem diximus, reddunt, ſicut eos quidam Latinus extantibus uerſibus eſt interpretatus, hæc continent:*

Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet:
E' cœlo rex adueniet per ſecla futurus:
Scilicet ut carnem præſens, ut iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus atq; fidelis,

Celſum cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe,
Cum iacet incultus denſis in uepribus orbis.
Reijcient ſimulacra uiri, cunctam quoq; gazam:
Exuret terras ignis, pontumq; polumq;
Inquirens tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, ſontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quiſq;, loquetur
Secreta, atq; Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Soluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit.
Deijciet colles, ualles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime, uel altum.
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto,
Orbe gemens facinus miſerum, uarioſq; labores,
Tartareumq; chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic Domino reges ſiſtentur ad unum.
Decidet è cœlis igniſq; & ſulphuris amnis.

In his Latinis uerſibus de Græco utcũq; tranſlatis, ibi nõ potuit ille ſenſus occurrere, quî fit, cum literæ, quæ ſunt in eorum capitibus, connectuntur, ubi υ litera in Græco poſita eſt, quia non po-

tue-

tuerunt Latina uerba inueniri, quæ ab eadem litera inciperent, & sententiæ conuenirent. Hi autem sunt uersus tres, quintus et octauusdecimus, & nonusdecimus. Deinde literas, quæ sunt in capitibus omnium uersuum, connectentes, horum trium quæ scriptæ sunt non legamus, sed pro eis v literā tanquam in eisdem locis ipsa sit posita, recordemur, & exprimimus in quinque uerbis: Iesus Christus Dei filius saluator. sed cum Græcè hoc dicitur, nō Latinè, & sunt uersus uiginti & septem, qui numerus quadratum ternarium solidū reddit. tria enim ter ducta fiunt nouem: & ipsa nouem si ter ducantur, ut ex lato in altum figura consurgat, ad uiginti septem perueniunt. Horum autem Græcorum quinq; uerborum, quæ sunt, ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ, quod est Latinè, Iesus Christus Dei filius saluator, si primas literas iungas, erit ἰχθὺς, id est piscis: in quo nomine mysticè intelligitur Christus, eo quòd in huius mortalitatis abysso, uelut in aquarū profunditate, uiuus, hoc est sine peccato esse potuerit. Hæc autē Sibylla, siue Erythræa, siue, ut quidam magis credunt, Cumana, ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad Deorum falsorum siue fictorum cultum pertineat: quinimmò ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda uideatur, qui pertinent ad ciuitatem

Dei.

Dei. Inserit etiam Lactantius operi suo quædã de Christo uaticinia Sibyllæ, quamuis non exprimat cuius. Sed quæ singillatim ipse posuit, ego arbitratus sum coniunctim esse ponenda, tanquam unũ sit prolixum, quæ ille plura commemorauit, & breuia. In manus iniquas, inquit, fidelium postea ueniet. Et dabunt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent uenenatos sputos. Dabit uerò ad uerbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod uerbum, uel unde uenit: ut inferis loquatur, & corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad sitim acetũ dederunt, inhospitalitate hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim insipiens gens tuũ Deum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus: sed & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti. Templi uerò uelum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis, in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto. Et tũc ab inferis regressus ad lucem lætam ueniet, primus resurrectionis principio reuocatis ostenso. Ista Lactantius carptim per interualla disputationis suæ, sicut ea poscere uidebantur, quæ probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina: quæ nos, nihil interponentes, sed in unam seriem connexa ponentes, solis capitibus (si tamen scriptores deinceps ea seruare non negligant) distinguenda curauimus. Nonnulli

ſanè Erythræam Sibyllam non Romuli, ſed belli Troiani tempore fuiſſe ſcripſerunt. Eadem Acroſtichidis translatio eſt apud eundẽ Auguſtinum in Oratione contra Iudæos, Paganos & Arrianos.

SIBYLLAE ERYTHREAE DE EXTREMO in terris Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti iudicio uaticinium, è Græco Latinè à Ioanne Lango uerſum.

Acroſtichis, hoc eſt, primæ carminum literæ,

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR CRVX.

IVdicij metuet ſudans præſagia tellus,
Et rex æternus magno deſcendet Olympo,
S ublimis carnem mundumq; ut iudicet omnem.
V num ſuſpicient numen prauiq; boniq;
S ummum, ſupremo cum ſanctis tempore mundi.
C arnifer ille homines iudex inquiret in omnes.
H orrida terra uias cœli ſpinæq; tenebunt.
R eijcient ſimulacra uiri, gazamq; repoſtam.
I lle domus cæcas & Ditis clauſtra refringet.
S anctior à mortis iam nexu libera lucem
T urba hominum cernet, ſceleroſos flamma piabit
V ltrix perpetuum: mala quæ quis cunq; patrauit
S ontica, ſuppreßitq; diu, producet in auras:
D eteget & furuis Deus obſita corda tenebris.

Erumnæ

E rumnæ & ſtridor dentis regnabit ubiq;,
I pſum deficiet ſolis decus, aſtra colore
F uſco obducentur, argentea luna peribit,
I nſurgent ualles, conſident ardua montis,
L uxus ſublimis mortales deſeret oras,
I mmenſos colles æquabunt marmora campi.
V eliuago nulli cernentur in æquore nautæ.
S uccendet terram fulmen, uaga lympha uapore
S olis areſcet ripis, fonteſq; dehiſcent:
E t tuba de cœlo triſtis clangore ſonabit
R auciſono, mundi clades pereuntis acerbas.
V aſtum terra chaos Stygio monſtrabit hiatu,
A tq; Dei ſolio ſiſtetur iudicis omnis
T urba ducũ, regumq́;. pluet tum ſulphure et igni,
O mnibus extabunt ligni uexilla uerendi,
R obur & auxilium populo exoptata fideli:
C erta pio generi uita. aſt offenſa malignis,
R ore bonos luſtrans biſſeni fontis ab unda:
V irgaq́; qua pecori dat ferrea iura magiſter,
C arminis auſpicijs qui crimina morte piabit
S eruator rex æternus Deus ipſe pateſcit.

FINIS.

SIBYLLARVM DE CHRIſto uaticinia.

PERSICA.

Virgine matre ſatus, pando reſidebit aſello,
Iucundus princeps, unus qui ferre ſalutem

Ritè queat lapſis: tamen illis fortè diebus
Multi multa ferent, immenſi fata laboris.
Solo ſed ſatis eſt oracula prodere uerbo:
Ille Deus caſta naſcetur uirgine magnus.

LIBYCA.

Ecce dies uenient, quo æternus tẽpore princeps,
Irradians ſata læta, uiris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cuius ſynagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum,
Aequus erit cunctis, gremio rex membra reclinet
Reginæ mundi, ſanctus, per ſæcula uiuus.

DELPHICA.

Non tardè ueniet, tacita ſed mente tenendum
Hoc opus. hoc memori ſemper qui corde reponet,
Huius pertentant cor gaudia magna prophetæ
Eximij, qui uirginea conceptus ab aluo
Prodibit, ſine contactu maris. omnia uincit
Hoc naturæ opera: at fecit, qui cuncta gubernat.

CIMMERIA.

In teneris annis facie præſignis, honore
Militiæ æternæ regem ſacra uirgo cibabit
Lacte ſuo: per quem gaudebunt pectore ſummo
Omnia, & eoo lucebit ſidus ab orbe
Mirificum: ſua dona Magi cum laude ferentes,
Obijcient puero myrrham, aurum, thura Sabæa.

SAMIA.

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras,

Mox

Mox ueniet, soluens nodosa uolumina uatum
Gentis Iudææ, referent ut carmina plebis.
Hunc poterunt clarum uiuorum tangere regem,
Humano quem uirgo sinu inuiolata fouebit.
Annuit hoc cœlum, rutilantia sidera monstrant.

CVMANA.

Iam mea certa manent, & uera, nouissima uerba,
Vltima uenturi quòd erant oracula regis,
Qui toti ueniens mundo cum pace, placebit,
Vt uoluit, nostra uestitus carne decenter,
In cunctis humilis. castam pro matre puellam
Deliget, hæc alias forma præcesserit omnes.

HELLESPONTICA.

Dum meditor quondam uidi decorare puellam,
Eximio (castam quod se seruaret) honore,
Munere digna suo, & diuino numine uisa,
Quæ sobolem multo pareret splendore micantem:
Progenies summi, speciosa & uera Tonantis,
Pacifica mundum qui sub ditione gubernet.

PHRYGIA.

Ipsa Deum uidi summum, punire uolentem
Mũdi homines stupidos, & pectora cæca, rebellis.
Et quia sic nostram complerent crimina pellem,
Virginis in corpus uoluit demittere cœlo
Ipse Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri, quo miseros contracta sorde leuaret.

EVROPAEA.

Virginis æternum ueniet de corpore uerbum
Purum, qui ualles & montes transiet altos.
Ille uolens etiam stellato missus Olympo,
Edetur mundo pauper, qui cuncta silenti
Rex erit imperio: sic credo, & mente fatebor:
Humano simul ac diuino semine gnatus.

TYBVRTINA.

Verax ipse Deus dedit hæc mihi munia fandi,
Carmine quòd sanctam potui monstrare puellam,
Concipiet quæ Nazareis in finibus, illum
Quem sub carne Deum Bethlemica rura uidebũt.
O nimium fœlix, cœlo dignissima mater,
Quæ tantam sacro lactabit ab ubere prolem.

AGRIPPA.

Summus erit sub carne satus, charissimus atq;,
Virginis & ueræ complebit uiscera sanctum
Verbum, consilio, sine noxa, spiritus almi:
Despectus multis tamen ille, salutis amore,
Arguet & nostra commissa piacula culpa:
Cuius honos constans, & gloria certa manebit.

ERYTHRAEA.

Cerno Dei natum, qui se demisit ab alto,
Vltima fœlices referent cum tempora soles:
Hebræa quem uirgo feret de stirpe decora,
In terris multum teneris passurus ab annis,
Magnus erit tamen hic diuino carmine uates,
Virgine matre satus, prudenti pectore uerax.

FINIS.

AD CANDIDVM LECTOrem Xystus Betuleius.

VIDEO quosdam non leuis autoritatis uiros, qui uidẽtur, quicquid de Sibyllis memoratur, ceu fabulam ex uetustate petitam iudicare: necdum illis satis fieri uel à Castalione, uiro doctißimo, atq; de re literaria, maximè pia, optimè merito, qui euidentibus probationib. edocuit, uerè hæc esse & germana Sibyllina: neq; mouentur tot doctißimorum utriusq; linguæ theologorum consensu, quib. post Apostolorum tempora acerrimũ aduersum obstinatas gentes certamen fuit: quibus, suo ipsos gladio iugulantes, ut Orphica, ita Sibyllina obijciũt: ex quorum monumentis nos, collatione cum nostris fragmentis facta, annotatiunculas nostras consuimus. Quorum potißimi ex Græcis sunt, Theophilus, Clemens, atq; ipse adeò Eusebius: ex Latinis Lactantius noster, & cui maxima fides paßim habetur, Augustinus. Non ignorant illi admiratores, historiam de libris illis uel nouem, uel tribus (uariant enim scriptores) quos anus Tarquinio uendiderat: non ignorant horum curam duumuiris mandatam, & ad Syllæ usq; tempora, quibus incendio absumpti fuerunt, nunc à decẽuiris, nunc à quindecimuiris sacrorum (quos

opinor, ob idipsum Σιβυλλιστὰς Plutar. in Mario nominasse uidetur) fuisse curatos. Non ignorant, ad eos tanquam ad certum oraculũ Romanos ueteres in reb. dubijs accessisse. Hinc, opinor,, arbitrantur, ex illo Syllano incendio eos ita fuisse obliteratos, ut ne iota quidem amplius supersit. Sed non cogitant homines illi, Romanorum Sibyllinos latinè scriptos fuisse, cũ hi nostri Græci sint: ignorantes fortassis, postea Gabinium, M. Octacilium, & L. Valerium, ex consulto senatus Erythras profectos, mille uersus Erythrææ summa cura cõquisitos, in sacrario collocasse. Ignorantes fortassis etiam, quòd Augustus incenso tempore belli Socialis Capitolio, sacerdotibus negocium dederit, ut per omnem Samum, Ilium, Erythras, Africam, Siciliam, & Italiam, cõquirerent omnia Sibyllæ carmina: & quantum fieri posset, uera discerni & interpretari iussit. Certum est, Ciceronem (ex 2. de Diuinatione) Sibyllina uidisse, atq; adeò ipsam Acrostichidem: siue in Asia uiderit, siue domi, nil refert. Quid igitur prohibet, quin illa ipsa sępius descripta, tandem ad posteros sint trãsmissa? nec dubito, quin Orphica quoq; alicubi lateant: si quis modò sit, qui illa lectori philologo communicet: cuiusmodi multa etiã apud Clementem, Eusebium, & alios inserta leguntur. Nec mihi fraudi esse uolo, ista euulgasse: non hoc crede est cornicum oculos configere. Nec uereor,

reor, noſtros homines tam ingratos, ut ab ijs idem expectem ſupplicium, quo Tarquinius tyrannus M. Aquilium (ſic enim legendum cenſeo) miſerè affecit: quem culeo inſutū ceu parricidam in mare proiecit, quòd Petronio cuidam deſcribendos dediſſet. Imò ego ſpero grates à mortalibus non exiguas, & nunquam intermorituras: qui Oporino, ſolertiſsimo bonorū librorum uindici, in uſum rei literariæ deſcribendos communicaui. Vale, Auguſtæ: menſe Ianuarij, Anno 1551.

IOANNI OPORINO SVO *Xyſtus Betuleius* S.

INter cæteros illos Græcos codices, Oporine chariſsime, quos magnificus noſter ſenatus nuper Venetijs emi curauerat, non alius mihi meiſq; ſtudijs commodior in præſenti erat, quàm Sibyllinus hic: eo quòd Lactantio, quem iuuentuti noſtræ in ſchola tum enarrabam, mirificè inſeruire uidebatur. Nec fefellit me opinio. nam Sibyllina teſtimonia, quę iſte autor plurima citat, exceptis pauculis, inueni omnia, mirabiliter multis in locis à ſcripto Sibyllino codice uariantia: ſed emendatiora & expeditiora plerumq;, nonnunquam tamē impedita quoq; magis. Sed Deus bone, quanta lux alterutri ex alterutrius collatione affulget? Fideliſsimè ſiquidem mutuas tradūt operas. Inuenimus etiam Acroſticha illa, quæ

ex Eusebio hactenus seorsim ab Aldo excusa, apud Augustinum olim translata circumferebantur. Sed quia nunc Eusebiana historia integra superioribus annis Parisijs regia litera in lucem edita, & à Musculo cõpatre nostro nuper latinitate donata est, integram adijcere uisum est: quanquam interpres in Acrostichide, Gyraldi quàm sua uersione uti maluit. Explicat autem Eusebius obiter quartam Virgilij Eglogam, sæpe à multis de Christo expositam, quam etiam Græcè pius pater reddidit. Eam, inquam, rem totam adijciẽdam censui, quæ Sibyllis nostris ut lucem multam adfert, sic mirificè cum hoc argumento congruit. Inuenimus item casu uersiculum à Sozomeno in Tripartita de cruce Domini citatum: quem in eadem quoq; Lutetiana editione inuenimus. Quid de Theophilo dicam, qui ducentis propè annis Lactantium superat? Hic operi Sibyllino ἀκεφάλῳ, iam postremò tantumnon integrum caput reddidit: cæterùm uulnera non Sibyllina modò, sed etiam Lactantiana curauit. Ex quibus plurima fides huic Sibyllino uolumini acquiritur. Adde quòd exemplum scriptum nuspiam indicabat, cuius nam Sibyllæ quiq; uersus essent: quod licet circumspectus lector facilè subolfaciet, ex Lactantiana tamen collatione quilibet, si non in omnibus, in plerisq; certè intelligere poterit. Quare uisus sum mihi non paruam à pijs lectoribus

initurus

initurus gratiam, si collationem, quam priuatim, propter Lactantianam enarrationē primùm feceram, tum etiam ex alijs quos dixi, quæq; suis annotaram locis, & Sibyllinæ quoq; editioni annecterem: suū interim cuiq; iudicium relinquens. Neq; tibi, cuius iudicio plurimum tribuo, hoc nostrū consilium improbari arbitror. Ne autem margines, quæ has annotatiunculas nostras minimè capere uidentur, obliniremus, pauculas aliquot pagellas addere uoluimus, & in marginibus Sibyllinis numerorum characteres ponere, qui uelut indices, quæ uel ex Lactantio uel ex alijs quos memoraui, Sibyllinis respondent, indicarent. Admiscuimus his, quæ ex Antimachi, quam mihi communicaras, collatione lacunas suppleuerunt: librariorum errores, quos emēdauit, omittentes: non ignorantes, te pro tua solertia, mendas è medio sublaturū. Inseruimus itē inter annotatiunculas, quæ in scripto codice passim fuerant in margine adiecta. Hæc omnia pro tua industria, mi Oporine, ita dispones, ut lectoribus grata fore intellexeris.

Vale.

ANNO.

ANNOTATIONES XYSTI BETVLEII, QVIBVS EA testimonia, quæ à Lactantio & alijs pasſim citantur, cum Sibyllinico codice confert: admixtis pauculis, quæ in ipſo archetypo adiectæ erant.

Pag. 33. Annot. 1.

QVÀM *prioris editionis archetypus mancus & uitioſus fuerit, uel hinc ſincerus lector animaduertet: quòd pauculi uerſus, qui ab initio legebantur, nec ſteichico ſcripti erant ordine, nec ijſdem uerbis quibus à Lactantio citati fuerunt. Iam uerò multo magis hoc conſpicuum fit ex orationibus Theophili, quas ad Autolycum, Antonini Veri temporibus, Antiochenſis eccleſiæ Epiſcopus contra gentes ſcripſit: quas nuper Conradus Clauſerus Tigurinus, iuuenis ut eruditus, ita pius, & luci uendicauit, & ut Latinè legi poſſent, dilucida metaphraſi fecit. Is inquam, in oratione ſecūda, poſtquam multis prophetarum teſtimonijs diuinam unius Dei potentiam aſſeruit, Sibyllæ Erythreæ teſtimonio, Ethnicorum uanitates, ueluti ſuo ipſorum gladio retundit. Verba citantis Theophili ſunt·* Σιβύλλα δὲ ἐν ἕλλησι, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς, ὀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώ-

πωρ γενος. Sunt autem uersus, quos citat, ab operis initio, usq; ad sermonem qui incipit, ἀρχομένη πρώτης, &c. Quibus uersibus non modò prioris editionis truncum caput restitutum est, sed etiam Lactantio non pauca uulnera sunt curata. Quare cum χρησμοὶ Sibyllini doctißimorum uirorum castigationibus & uersionibus ornati, denuò iã prælo subijciendi erant, uoluimus etiam nos in his nostrum institutũ prosequi: quemadmodum ipsa partim ratio, partim Theophili citatio monebat. Hos autẽ Sibyllinos uersus, qui à Theophilo citati sunt, Erythrææ esse, ex multis Lactãtij locis manifestum est: & eos ipsos esse, qui à legatis Romam Erythris allati sunt. Cum hæc itaq; adornarem, misit ad me Oporinus noster Antimachi collationem, qua Castalio quoq; in transferendo, ut ipse fatetur, usus est. Legit autẽ cum Theophilo etiam Antimachus, εἷς θεὸς μόνος ἄρχει. Apud Lactantium lib. 1. cap. 6. legitur ἐστι.

Hi duo uersus citantur à Lactantio lib. 4. cap. 6. ubi & ipse ait, ex carminis Sibyllini principio esse, quod à summo Deo exorsa est, ad filium hæc referens. 33. 2.

Hic uersus in priori editione cum ijs qui apud Lactantium lib. 1. cap. 6. seiunctim ponuntur, coniũctim legebatur. Sed iam ratio est expedita. Apud Theophilum legebatur, εἷς θεὸς μόνος. Clauserus, 33. 3.

cum uersus una syllaba mancus esset, censuit legendum, εἷς θεός ἐστι μόνος. Sed apud Lactantium integer legitur, εἷς θεὸς ὃς μόνος, &c.

33.4. Legebatur apud Theophilum, τὸν οὐράνιον. Variabat lectio, ὁρώμενος. Clauserus legit ἐπουράνιον, quod mihi placet.

33.5. Hi duo uersus citantur à Lactantio lib. 1. cap. 6. ijsdem planè uerbis: nisi quòd pro ἐτέχθη, ἔτυχεν duplici errore scriptum hactenus fuit. nunc potest Lactantius ex Theophilo restitui.

34.6. Οὗτος ἰδού.) Clemens in Protreptico sequentes
7.8.9. octo uersus citat, paucis uerbis mutatis. Nam pro πάντεσσι, legitur πάντα ἐστί: quanquam πάντεσσι etiam Στρωματέων lib. 5. legatur. Pro γνόφον, ζόφον. In κρύσταλλά τε, coniunctio τε apud Clementem abundat. Sed quur non addo Clementis explicationem? εὐθέως σφόδρα τὴν μὲν ἀπάτην ἀπεικάζουσα τῷ σκότει, τὴν δὲ γνῶσιν ἡλίῳ καὶ φωτὶ τοῦ θεοῦ, ἄμφω δὲ παραθεμένη τῇ συγκρίσει τὴν ἐκλογὴν διδάσκει. τὸ γὰρ ψεῦδος, οὐ ψιλῇ παραθέσει, τ' ἀληθοῦς διασκεδάννυται, τῇ δὲ χρήσει ἀληθείας ἐκβιαζόμενον φυγαδεύεται. In scripto Sibyllino codice hi tres uersus continui legebantur illic, εἷς θεὸς, sed confusi: quos tum uel ex Lactantiana lectione suo nitori restitueram, quæ cum Theophili lectione pulchrè consentit. In codice Sibyllino scriptum erat, πάντων ὑπέρτατος, manifesto errore; erat ta-

men genuina lectio in margine annotata, cũ Theophilo & Lactantio consentiens. Quinetiam Antimachus legit, πανυπέρτατος. In codice Sibyllino huic uersui connexi erant alij tres, sed abrupta & interpolata sententia: id quod magis iam ex Theophilo apparet. Paulo superius melius locum habere posse uidetur, circa numerum 7. Nam mihi sic ordinari lectio posse uidetur,

Γνῶτε δὲ καθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν,
Ὡς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς στήριξεν μορφῆς τε τύπον, μερόπων τε
Αὖγας μῖξε, φύσιν πάντων γενέτης βιότοιο

Εἷς θεὸς, &c. Hæ nostræ sunt coniecturæ, quæ sanè fallere possunt. Certum est Sibyllina esse, uel quia in codice scripto continentur, uel quia citantur à Lactantio. Lactantius tamen à codice hoc nomine uariat, quòd ille legit, αὐτὸς ἔμιξε: in Sibyllinis uerò est, αὐγὰς μῖξε. Centones sunt sine ordine cohærentes, quæ scriptus liber ab initio habet. Reliqua relinquo pio lectori censenda.

Paulo pòst:

τίς γὰρ σὰρξ.) Apparet ex ipso Theophilo, sequentia non continuari. adijciuntur autem apud Clementem plura. Versiculos ex eo quatuor adijciam: 37.10.

Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, θεὸν ἄβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ.

Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δύνανται, θνητοὶ γεγαῶτες.

Meminit idem lib.5. στρωματέων, ibiq; adducit conſentiẽtes ex Xenophontis Colophonij ſcriptis,

εἷς θεὸς, οὔτε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος.
Οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος, οὐδὲ νόημα.

Paulo pòſt, ubi legitur, τοῖς ἀγαθοῖς: legit Lactantius de ira Dei, cap.22.

Τοῖς τ' ἀκάκοις ἄκακον προφέρων πολὺ μείζονα μισθόν.

37.11. Clauſerus pro ἐστηκυῖα φαρή, ἑτώσια βαρῆ legendum putat.

37.12. Εἰλοπόδας, ἑλοπόδας. id eſt, boues: Clauſerus.

38.13. His tribus uerſibus, quia apud Lactantium lib. 2. cap. 13. meliores leguntur, illius lectionem ſequi maluimus. Eſt enim expedita ſcanſio: quæ non procedet, ſi cum Theophilo legas αἰῶνα, & παράδεισον ὀριθῆλεα.

Ex ſermone primo.

41.14. Lactant. lib. 2. cap. 9. mundum diuina prouidentia factum eſſe probaturus, citat teſtes Sibyllas.

41.15. Hic uerſus emẽdatus eſt ex Antimachi exẽplari. Cæteris marginalibus numeris nulla annotatio reſpondet, uſq; ad paginam 97.

Ex ſermone ſecundo.

97.14. Citantur hi uerſus à Theophilo, ſed parũ emendati. Reſtituitur tamen ille uerſus, qui prius mancus legebatur.

Αὐτί-

Αὐτίκα δ' ἀθάνατος μεγάλην ἐπέθηκεν ἀνάγκην.

Interim tamē tertius ab hoc uersus, apud Theophilum desideratur, qui incipit, τοὔνεκά τοι. Et paulo pòst, post uersum καὶ τότε δὴ δεκάτη, interserendus est ex Antimachiano exemplari hic uersus:

Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους.

Eorundem uersum de Babylonica turri sensum legimus apud Iosephū Antiq. lib. 1. cap. 6. his uerbis: περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων μέμνηται καὶ Σιβύλλα, λέγουσα οὕτως· πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ᾠκοδόμησαν τινὲς ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. οἱ δὲ θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν.

Πόθεν ἐκλήθη ὁ ζεύς.) Simile quiddam est apud Lactantium lib. 1. cap. 11. ubi cæteræ expositiones reijciuntur. 101.15.

De historia Titanum Lactantius lib. 1. cap. 14. Enniana recitat, à quibus ait, Sibyllam Erythræam paululum uariare. 101.16.

Hos uersus Erythrææ Lact. tribuit lib. 2. cap. 17. Quanquam lectio uariat. Sic enim ibi legitur: 106.17.

— Ἐπεὶ πλάνη, πάντα τάδ' ἐστὶν

Ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ὀδύρονται κατ' ἦμαρ.

Eadem paronomosia est etiam infrà lib. 8. La- 117.18.

ctantius etiam huius meminit lib.7.cap.25.

121.19. Lactantius lib.1.cap.6.ubi de Sibylla Erythræa scribit, alludit opinor ad hunc locum. Verba sunt: Quintã Erythræã, quam Apollodorus Erythræus affirmat suam fuisse ciuem, eamq; Graijs Ilium petentibus uaticinatam, & perituram esse Troiam, & Homerum mendacia scripturum.

130.20. Lactant.lib.1.cap.15.ubi aduersus Græcorũ uanitatẽ, qua homines pro dijs colebant, differit, hãc Sibyllæ aduersus eos increpationem citat, sed secundo uersu mancam, tertio uariantem etiam hoc modo:

Ἕλλας δὴ τί πέποιθας ἐπ᾽ ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι,
Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνάτιθης;
Θύεις εἰδώλοις. τίς τοι πλάνην βάλεν ἐν νῷ,
Ὥς τε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
Λειπομένου. ——

137.21. Citatur à Lactantio lib.7.cap.19.in fine, nuncupatim ex Erythræa: ut ubiq; appareat, hunc tertium librum Erythrææ esse.

137.22. Libro eodem cap. 24. hi uersus paulo aliter leguntur:

Καὶ τότε δὴ χαρὰν μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δώσει.
Καὶ γὰρ γῆ, καὶ δένδρα, καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης
Δώσουσι καρπὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι
Οἴνου καὶ μέλιτος γλυκέως, λευκοῦ τε γάλακτος,
Καὶ σίτου ——

138.23. Apud Lactantium lib.7.cap.18.hi uersus ita leguntur:

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίου πέμψει θεὸς βασιλῆα,
Ὅς πᾶσαν. ——

Prouerbium, Camerinam mouere: ubi Erasmus hunc uersum ex Stephano citat: Stephanus citat, ut uulgo iactatum. 146.24.

Lactant. lib. 7. cap. 20. hos uersus, quos etiam Erythrææ tribuit, sic legit: 146.25.

Ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος, αἴσιμον ἠδὲ βροτοῖσι,
Καὶ δὴ ἀφίξηται κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο.
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις, ἠδὲ καὶ ἀρχή.

Lactant. lib. de ira Dei, cap. 22. ab hac lectione sic uariat: 149.26.

Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους, θεῷ ζῶντι λάτρευε.
Μοιχείας τε φύλαξαι, καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνήν,
Ἰδίαν γενεὰν παίδων τρέφε, μηδὲ φόνευε.
Καὶ γὰρ ὁ ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.

Lactant. lib. 4. cap. 6. sic legit: 149.27.

Αὐτὸν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδράσι γεραίρειν.

Citat hos uersus Lact. lib. 7. cap. 24. cuius lectio ab hac nostra hoc modo uariat: 150.28.

Οὐδὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν οὔρεσιν ἁμιλλῶνται.
Χόρτον γὰρ λυγκοὺς τ' ἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται.
Ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ, καὶ πᾶσι βροτοῖσι.
Σαρκοβόρος τε λέων φάγετ' ἄχυρον παρὰ φάτναις,
Σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἀμάτροσι κοιμήσονται

Λείπουσι δύο στίχοι. 150.29.

Lactant. lib. 4. cap. 1;. legit hoc modo: 153.30.

— Φήσουσι Σιβύλλην.
Μαινομένην, ψεύστειαν, ἐπὰν ἢ γενῆται ἅπαντα,
Τηνικά μου μνήμην ποιήσετε. κοὐκ ἔτι μ᾽ οὐδείς
Μαινομένην φήσει, μὲ θεοῦ μεγάλοιο προφῆτην.

Ex sermone quarto.

257.31. *Reperiuntur hi uersus apud* Lact.lib.7.cap.23. Reliqui quidam uariant hoc modo:

Καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ξόφον ἐν πυρὶ πέμψει.
Οσσοι δὲ εὐσεβέουσι, πάλιν ζήσουσ᾽ ἐπὶ γαίης,
Γνεῦμα θεοῦ δόντος τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.

265.32. *Suspicor hic quædam deesse.* Apud Lact. lib.de ira Dei,cap.23.*legitur hoc modo:*

Καὶ πότε τὴν ὀργὴν θεὸν οὐκ ἔτι πραΰνοντα,
Αλλ᾽ ἐξεμβριθόντα καὶ ἐξολύοντα τε γένναν
Ανθρώπων ἅπασαν ὑπ᾽ ἐμπρησμοῦ πέρθοντα.
Αλλ᾽ ἐλέῳ μετάθεσθε βροτοὶ δὴ, μηδὲ πρὸς ὀργὴν
Γαντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν. —

Videntur autem Lactantiana hæc uitio non carere.Nam præterquam quòd uersus parum expeditè fluunt,malim καὶ τότε *legere,et* ἐξεμβριθεῦντα.

265.33. *Tertio à fine paginæ uersu, ubi debet esse numerus* 33.*sic legit* Lactan.*eodem loco:*

Οὐκ ὀλέσῃ, παύσει δὲ πάλιν χόλον, εὖτ᾽ ἂν ἅπαν(τες
Εὐσεβέειν περὶ θυμῷ ἐνὶ φρέσιν ἀσκήσητε.

Ex sermone quinto.

273.34. *Quæ iam sequuntur,in codice fuere ualde mutila & trunca, eratq; annotatum,* λείπει τὸ πλέον

τοῦ

τοῦ στίχου. Si uerò diuinationi locus est, restituam hunc alterum uersum. nam apud Lact. lib. 5. cap. 14. Erythræa ipsos κωφοὺς καὶ ἀνοήτους appellasse legitur.

His quatuor continuis uersibus uariat Lact. aliquo modo, lib. nimirum 7. cap. 18. 174.35.

Ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι,
Καί κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰδίων
Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίστους,
Εἶθ' οὕτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτοις ἀνθρώποισι

Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε. Ioan. 1. ἔγγυς ἐὼν ἰδίων. Nonn.

Citatur à Lact. lib. 4. cap. 20. legitur etiam apud Lactantium γένος, sicut uetus lectio habuit. μένος Antimachus emendauit. nam sic legitur etiam suprà, libro tertio: 186.36.

Αὐτὸς καὶ πυρὶ φλέξειεν χαλεπὸν μένος ἀνδρῶν
Μένος ἀλκινόοιο. —— & id genus alia poetis tuta sunt.

Hæc apud Lact. lib. 7. cap. 24. nonnihil uariant. 189.37.

Εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει,
Νᾶμα μελισταγέος ἀπὸ πέτρης, καὶ διὰ γλώσσης,
Καὶ γάλα δ' ——

Non dißimilia sunt apud Lact. libro 7. cap. 16. ut hinc trãstulisse uideri queat, nisi quòd ratio pugnare uidetur. 193.38.

Lactantius de ira Dei, cap. 23. his uersibus iubet 194.39.

cœlestium, terrenorumq; genitorem diligi. Variant etiam hi uersus:

Μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέοσι.

Et recte. Nam sic Castalionem etiam legisse apparet: quia sequentes etiam duos, ita ut apud Lactantium sunt, transposuit. leguntur autem apud Lactantium in hunc modum:

Πᾶν γένος ἀνθρώπων βιοτὸν καὶ φῦλον ἀναιδὲς
Δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σοφὸν αἰὲν ἐόντα

198.40. Apud Lactan. lib. 7. cap. 24. leguntur hi uersus hoc modo:

Καὶ πόλιν, ἣν ἐποίησε, αὐτὴν ἐποίησε
Λαμπροτέραν ἄστρων, καὶ ἡλίου, ἠδὲ σελήνης.

Ταυτὴν legendum esse, uersus flagitat.

Ex sermone sexto.

206.41. Annotatum erat, ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ. sicut etiam Lact. monet, esse alterius cuiusdam.

209.42. Lact. lib. 4. cap. 13. Hoc de radice Iesse, de qua Esaiæ cap. 11. oraculum est, intelligit.

209.43. Lact. lib. 4. cap. 5. uariat hoc modo:

Κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
Ζώσει τεθνηῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς.
Ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου. ——

209.44. Lactant. lib. eodem, cap. 18. Et alia, inquit, Sibylla Iudæam terram his uersibus increpat. Quia uariant, adscribendos eos iudico:

Αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας,

Παί-

Παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ' ἀκάνθαις
Ἔστεψας στέφανον, φοβερὴν τε χολὴν ἐκέρασας.

Citatur hic uerſus à Sozomeno in ſecundo Tri- 209.45.
partitæ hiſtoriæ lib.cap.18.Sed in integra ipſius hi
ſtoria Eccleſiaſtica, lib. 2.cap.1. legitur quidem ibi
hoc modo: Καὶ πρὸς αὐτῶν τῶν ἑλλήνων συνο-
μολόγηται Σιβύλλα εἶναι τοῦτο·
Ὦ ξύλον μακαριστὸν, ἐφ' οὗ θεὸς ἐξετανύσθη.

Sed noſtra lectio apparet caſtigatior. ξύλον enim
priorem breuem habet: et anadyploſis addit non-
nihil uehementiæ.

Ex ſermone ſeptimo.

Lact.lib.7.cap.16.uſurpat hũc uerſum de mun- 218. 46.
di uaſtatione.

Notatus in codice fuit defectus. 221.47.

Ex ſermone octauo.

Lactant.lib.1.cap.11. Iouẽ diuinitate exuturus, 226.48.
eoſdem citat, ſed uariantes. legitur enim hoc modo:
Δαίμονας ἀψύχους νεκύων εἴδωλα καμόντων,
Ὧν κρήτη καύχημα τάφους ἡ δύσμορος ἴσχει.

Sic ſermone quinto idem Adrianus ἀργυρόκρα- 226.49.
νος nominatur.

Idẽ epitheton Nero etiã ſermone quinto habuit. 229.50.

Lactant.lib.7.cap.24. hos de extremo Dei iu- 229.51.
dicio uerſus aliquanto ſecus legit:
Πάσης γὰρ γαίης τότε θνητῶν σύγχυσις ἔσται,
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅταν ἔλθῃ βήματι κρῖναι.

230.52. Meminit huius Lact. lib. 7. cap. 25. Simile habuimus suprà, sermone tertio.

238.53. Hic uersus erat mancus, quem ex Lactant. integrum fecimus hoc modo:

Γαῖαν ὀρημώσει, νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται.

Locus est libro 4. cap. 15. ubi sequens uersus sic uariat:

Καὶ χωλῶν δρόμος, &c. ——

238.54. Hæc nobilis illa est Sibyllæ cuiusdam, & memorabilis, & à multis doctißimis hactenus celebrata ἀκρόστιχις: quam eandem eruditi censent, cuius Cicero etiam de Diuinatione secundo mētionem facit. Hanc Augustinus lib. 18. cap. 23. de Ciuitate, Dei à nescio quo qualitercunq; translatam, suis scriptis inseruit, quam etiam nos in fine adiungemus. Horum, inquit, si primas literas iungas, erit ἰχθύς, id est, piscis: in quo nomine mysticè intelligitur Christus. Insererem cum his Eusebij testimonium, nisi totam rem ex ipsis etiam in fine addere animus esset. In his tamen annotatiunculis quid à nostra lectione uariet, cùm ipse, tum Lact. Euseb. Aldus (quem, opinor, Gyraldus secutus est) breuiter indicabimus, lectori iudicium integrum relicturi.

238.55. ἱδρῶσι δὲ.) ἰδύσει γὰρ. Sed ἱδρῶσι γὰρ Eusebius. παρῶν.) πάρος. et quidē melius. πᾶσαν κρῖναι.) κρῖναι πᾶσαν. Σαρκοφόρων.)

Σαρκοφόρον ψυχὰς δ' ἀνθρώπων ἐπὶ βήματι κρινεῖ.

Legitur

Legitur etiam apud Euſebium, ſed δὲ ſcanſionem impedit. Ἄκανθα.) Ald. ἄκανθαι. ſed ἄκανθα etiam Euſebius. Ῥίψουσιν.) Ald. ῥίψωσι δὲ. et ſic etiam Euſebius. Auguſt. Reijcient. Lact. lib. 7. cap. 19. τρίψουσι δὲ, legit: nec improbo. Plus enim ponderis habet comminui ſeu conteri ſimulachra, quàm reijci. ἐκκαύσει.) Hic uerſus ut nec apud Aldum, nec in uulgata editione, quæ eſt in Ludouici Viuis apud Auguſt. commentarijs (quæ tamen ex Aldo deſcripta uidetur) reperitur, ita nec apud Euſebium, neq; etiam in Acroſtichidos ſerie requiritur: tranſlatus tamen apud Auguſtinum extat, & reddidit eum etiam Caſtalio. ἰχνοῦον.) ἰχνούων, Aldus, Gyraldus. φλέξει.) ῥήξει. ῥήξῃ τε, Euſeb. εἰρκτῆς.) εἱρκτῆς Antimachus emendat. Nam omnia huius deriuationis aſpirata ſunt: licet Aldus etiam cum Euſebiana editione tenuem habeat. βροτῶν.) Euſebius & Aldus, νεκρῶν. ἐπελευθέριον.) ἐς ἐλευθέριον, Euſeb. τῶν ἁγίων.) τοὺς ἁγίους, Aldus, Gyraldus & Euſebius. Cum noſtra lectione conſentiunt Auguſt. et Caſtalio: quanquam nihil periculi ſit. χὤπποσα.) Non reclamarem, ſi Acroſtichidos ordo concederet. ἐκλείψει.) Hic uerſus apud Euſebium & Ald. ſic legitur:

Ἐκλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.

Quò reſpexiſſe etiam Auguſtinum apparet.

Φάραγγος.) φάραγγας legendum. Nam ſic &

Eusebius legit, & sic castigatior lectio habet, et syntaxeos ratio ita poscit.

οὐκ ἔτι πλουῶ ἕξει.) Euseb. οὐκ εἰς πλεῖν. Ald. οὐκ εἰς πλουῶ ἥξει. Σάλπιγξ.) Apud Lactant. lib. 7. cap. 16. legitur sine disiunctiua. Σάλπιγξ οὐρανόθεν. μελέων.) Euseb. legit hoc modo:

Ῥήξασα τὸ μέλλον, καὶ δὴ πήματα κόσμου.

Apud Gyraldum uerò sic:

Ῥήξασα μῦσος μέλλον καὶ πήματα κόσμου.

ταρτάρεον.) ταρταρογὴν, Aldus & Gyraldus. Lact. uerò lib. 7. ca. 20. nostræ astipulatur lectioni. βασιλῆες.) Apud Lactantium legitur βασιλῆος, ut ad Deum referatur. Reliqui nobiscum βασιλῆες legunt, sequuntur etiam interpretes. Πῦρ κ́δετε θεῖον.) πυρὸς κ́δεγε θείου. Euseb. et alij. generandi casum etiam Augustiniana uersio expreßit, & sic fluet uersus etiam mollius. σφράγις ἐπίσημος.) Eusebius & alij legunt hoc modo:

Σῆμα δέ τοι τότε πᾶσι ἀριδείκετον, οἷον.

Ego σφραγῖδα intelligo, cuius in Apocalypsi mẽtio fit. πρόσκομμά δὲ.) πρόσκομμά τε σίδηρά τε.) σιδηρῆγε Ionicum, ποιητικώτερον est, & sic etiam Eusebius legit. Allusio est ad Psal. 2. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

Οὗτος ὁ νῦν.) Hos duos uersus corruptos citat Eugubinus lib. 1. cap. 22. Perennis philosophiæ. ἀκροστίχεσιν.) ἀκροστίχοις apud alios legitur.

Hunc

Hunc uersum suppleuimus ex Lactant. lib. 9. 242.56.
capite 16. Vtinam uicinis etiam hoc modo mederi possim.

Οὐρανίον.) Apud Lact. lib. 2. cap. 13. hæc aliter 242.57.
legũtur, quæ ut cõferri promptius possint subijciã:

Ἀνθρώπων πεπλᾶσθαι θεοῦ παλάμαις ἐνὶ αὐταῖς,
Οὕτε πλανήσεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Posterioribus uersibus similes fuere libro primo, sed castigatiores:

Ἐξαπάτησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσιν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Vt legerim sanè hic etiã ἀπελθεῖν, potiùs quàm apud Lactantiũ ἀνελθεῖν. Cæterùm in ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε, ad hanc & Lactantianam lectionem, accedit etiam Antimachi emendatio, & ratio iubet: est enim prima in κακοῦ breuis.

πρεσβυτέρων.) πρεσβυτάτων Antimachus legit. 242.58.
Castalio tamen per comparatiuum comptius reddidit. Sequens uersus apud Lactant. lib. 4. cap. 15. ubi de miraculis Domini agit, sic legitur:

Πάντα λόγῳ πράττων, πᾶσαν τε νόσον θεραπεύων.

& aliquanto pòst sequentes quoq; duos citat, quorum prior uariat etiam aliquantulum.

Τοὺς ἀνέμους παύσει τε λόγῳ, στρώσει δὲ θάλασσαν.

Apud Lactantium libro 4. cap. 18. hic uersus 242.59.
alijs insertus legitur: de quo paulo inferius uidebimus.

mus. Quin Caſtalioni ſequens etiam translaticius uidetur, nec immeritò.

242.60. Lactantius eodem loco, atq; rurſus Auguſtinus loco ſuperius memorato, hos uerſus Sibyllinos paulo aliter locauerunt. Sed hic in transferendo aliquantum à ſcripto uariat, hoc nempe modo: Vt colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat, quod uerbum, uel unde uenit, ut inferis loquatur, & corona ſpinea coronetur.

242.61. Hanc expoſitionem ſequitur Lact. lib. 4. cap. 26.

245.62. Apud Lactantium libro 4. cap. 17. hi duo uerſus ſic leguntur:

Ἀλλ᾽ ὅτε ταῦτ᾽ ἂν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος. —

Poteſt itaq; Lactantiana lectio hinc reſtitui.

245.63. Lact. lib. 4. cap. 15. ſic legit:

Ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε, καὶ ἰχθύεσι δυοῖσι.

Et in tertio uerſu μετὰ pro ἅμα. In quarto pro λαῶν, πολλῶν. Similia de miraculis et paßione Domini habuimus ſuprà ſermone primo.

245.64. Hi uerſus apud Lactant. lib. 4. cap. 18. leguntur quidem, ſed non eodem ordine. Liber is eſt omnibus in manibus, conferat qui uolet. Nos uariationem ſignabimus. εἰς ἀνόμων.) εἰς ἀνόμους. Et ſic Auguſtinus legit. Καὶ δώσουσι.) δώσουσι δὲ. Sed hoc melius. Καὶ πιεῖν.) ἢ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν. τῆς δὲ φιλοξ.) τῆς ἀφιλοξι.

Auguſti=

Augustinus.

In manus iniquas infidelium postea ueniet: Et dabunt Deo alapas manibus incestis.

Et sequentes Augustinus sic reddit: 245.65.

Ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dederunt, in hospitalitate hanc monstrabunt mensam.

Et hoc loco duo uersus apud Lactantium & Augustinum inserti leguntur, quorum posteriorem paulo superior noster codex habet. Versus hi sunt: 245.66.

Καὶ στόμασιν μιαροῖσι τὰ πτύσματα φαρμακόεντα,
Δώσει δ᾽ εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.

Augustinus:

Et impurato ore expuent uenenatos sputos. Dabit uerò ad uerbera simpliciter sanctum notum. Scansio cõstabit nostra, si in tertio loco proceleusmaticum admiseris. Apud Lactantium cap. 19. eiusdem libri, sublatus articulus scansionem totam interturbat.

Hunc uersum ex eodẽ Lactantij cap. inseruimus. 246.67.

Zachariæ 9. Lactantius hæc de secundo aduẽtu interpretatur, quæ prophetes de primo dixit. 246.68.

Lact. lib. 7. cap. 18. pro δοῦλον, ζύγον legit: & pro ἀθεσμοὺς, ἀθέους. & apparet, locum esse mancum: quòd hemistichium, quod apud Lactant. est, hic desideratur, ἡμετέρας δουλείας. 246.69.

Lactant. lib. 4. cap. 6. 246.70.

Lact. lib. 2. cap. 11. 253.71.

253.72. Apud Lact.lib.7.cap.20.hi uersus sic leguntur:

Οὐρανὸν εἱλίξω, γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω.
Καὶ τότ' ἀναστήσει, νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας,
Καὶ θανάτου κέντρον, καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω.

Oseæ 13.1.Cor.15.

254.73. Locus hic erat ualde uiciosus, quem hoc modo, ut uides, Antimachus nobis restituit.

SEBASTIANI CASTALIONIS ANNOTAtiones in Sibyllas.

EX LIBRO PRIMO.

40.1. Coelum despiciens.) In Græco neq; sententia capta uidebatur, neq; uersus constabat: sed ex Antimacho correximus.

47.2. Est ᾅδης.) Non primus Adamus in orcum descẽdit, sed Abel. Sed quia fuit Adamus primus hominũ (unde et Adam Hebræis hominẽ significat) ab eo denominatus est orcus. Licet aũt hic uidere Græcorũ errorem, qui hoc nomen Græcũ esse rati (ut & alia multa) absurdè interpretati sunt.

51.3 Sunt elemẽta nouem mihi.) Hoc nomẽ quod sit, nescio. Sed cũ Noam alloquatur Deus ante factam linguarũ diuersitatẽ, non dubiũ est quin ea lingua utatur, quæ tum sola erat. Hebræam aũt fuisse, patet cùm ex nominibus, quib. Adamus animalia nuncupauit, cũ ea nomina in Hebræo sermone anima-

lium ferè naturā declarent: tū ex primorū hominū nominibus, quæ in solo Hebraico sermone significātia sunt, ut Adami, ut Caini, ut reliquorū. Quod si ita est, cum hic Sibylla uocet elemēta quædā ἄφωνα (id est consona, sicut in Iesu nomine, Deo uolente, declarabimus) oportet aliquas esse literas in Hebræa lingua, quæ uocales appellētur. Atqui nullæ sunt. omnes enim consonātes uocant, utentes punctis quibusdam uocalibus, quæ neq; literæ uocantur, neq; numerorum notæ sunt, ut poßint in huius nominis rationē uenire. Oportet igitur aut Aleph, He, Vau, Iod, & Ain uocales dici: aut Sibyllā Græcè loquentem, de aliquo Græco Dei nomine loqui, & quod à Deo Hebraicè dictū sit, id ad sermonem Græcū accommodare, quasi ipsa Græcè, non Deus Hebraicè loquatur: quemadmodū in Apocalypsi Iesus dicit, se esse α & ω, nisi fortè ibi Græcè loquebatur. Atq; hæc quidem in medio posita sint ad considerandum. Ac si cui notum hoc nomen est, eum oro ne studiosos celet.

Vicenos cum bis & unum Complesset soles in undis.) In arca fuit per annum Noe, ut tradit Moses: sed quadraginta dies cōpleuit in aquis. totidem enim dies pluisse, idem Moses tradit. Nec refert, quod Sibylla addit unum ad quadraginta. Moses enim secutus est numerū quadratū: sicuti cum apud eundem dicit Abrahamus, ante conceptum Isaacum 60.3.

se cen-

se centenarium esse, cum esset uno anno minus. Sed iudicent alij.

60.7. Iactata meo cum coniuge.) Hic locus nos admonet, ut de Sibyllæ genere et ætate disseramus. Igitur hic, & ad finem tertij libri, tradit se nurũ esse Noe, cumq; eo euasisse ex diluuio, & Babylone profectã uaticinari per Græciam, falsoq; ex Erythra natam dici: ab alijs etiam ex Circe & Gnosto. Præterea in fine libri septimi docet, se iã ardoribus et æuo confectam esse, sed tamen à tempore consumptum iri, neq; semper uicturam. Ex quibus locis patet, eã diutius uixisse, quàm ferret communis ætas hominum. Quæ res locum fecit fabulæ, quæ ab Ouidio in 14. Metam. posita est, ubi Sibylla ostendit, sibi à Phœbo prorogatam esse uitam, seq; iã septingentos annos uixisse, & adhuc trecẽtos esse duraturam. Atq; eadẽ eius uitæ longitudo in causa fuit (sicut ego existimo) ut quæ eadem esset, plures esse putarẽtur: quòd ea diuersis temporib. & locis apparens, plurium speciem præberet: non putantibus hominib. eam tamdiu posse uiuere, sed aliam esse. Nam quod memoriæ proditũ est, Sibyllam quandã fuisse Persicam, ex stirpe Noæ, hæc eam se esse tradit. Erythræam aũt putari, quæ alia putata est. Cumæa quoq; eadem esse dici potest, ex eo quẽ citaui Nasonis loco, & ex Aristotelis libro de Mirabilibus narrationib. ubi ita scribit: Cumæ in Italia ostenditur quodam

dam (ut uidetur) conclaue subterraneum Sibyllæ uatis: quam diutißimè uixisse, & uirginem permãsisse perhibent, quæ esset Erythræa: sed à quibusdã incolis Italiæ Cumæa, ab nonnullis Melanchræna uocaretur. Hæc ille. Itaq; uidentur aliquanto pauciores fuisse Sibyllæ, quàm uulgò habentur: neq; tamen nego, fuisse aliquàm multas. Neq; est quod mihi quisquam obijciat, Sibyllã tamdiu uiuere non potuisse, quòd hominis uitam Deus Noæ dixisset fore centum uiginti annorũ. quæ res non statim post diluuium accidit: propterea quòd hominũ prauis conatibus (propter quos Deus uitam minuit) tum diluuio, tum linguarum diuersitate cohibitis, nõ erat necesse hoc decurtandæ uitæ extremũ remediũ statim adhiberi. Sed id postea adhibitũ est, ut Deus futurũ dixerat. Itaq; Abrahamus centesimo anno senex est. Hoc, inquã, si quis obijciet, respondebo, Deum de communi & uulgari uitæ curriculo dicere. Nam & Abrahamus, & alij multi diutius uixerũt, & Sibylla uixisse potest, quũ Deus nulli sit obnoxius legi, quo minus faciat quod ipsi uisum sit. Videtur aũt scripsisse quædã ante Saturni seculũ. Nã lib. 1. de Titanibus uaticinatur. Libro aũt tertio & narrat, & uaticinatur: sed uidetur narratio illa magis esse uaticinatio. Solẽt enim uates de reb. futuris loqui, quasi de præteritis: quòd Deus (à quo afflãtur) futura iuxtà ac præterita uidet.

63.5. *Dono Sabaoth.)* Hoc nomen Hebræũ est, & significat exercitus. Vocatur aũt Deus exercituum, quasi tu dicas, armipotens, aut bellipotens: quòd omnib. (quæ usquam sunt) reb. tanq̃ militib. utatur.

64.6. Vocales quatuor aũt Fert, non uocalesq; duas bi nûm Geniorũ.) Hoc ænigmate significat nomẽ ἰησοῦς Seruatoris nostri, quod constat ex quatuor uocalibus literis, & duab. consonãtibus: quæ literæ in lingua Græca efficiunt 888. Nam ι ualet 10. η 8. σ 200. ο 7. υ 4. ς 200. Vocat aũt ἄφωνα cõsonantes, literis in φωνήεντα et ἄφωνα, id est σύμφωνα diuisis. Quod autẽ uerto, Nõ uocales duas, in Græco est in fine uersus, τάδ᾽ ἄφωνα ὃν αὐτῷ. Sed neq; uersus ratio constat, neq; sentẽtia. Itaq; ubi est ὃν, legendũ est δύ᾽. in quo sanè facilis fuit lapsus, quod inferior pars literæ δέλτα, superiore auulsa, figurã habet literæ ο: superior itẽ, asperi spiritus: media pars aũt literæ, quia graciliori tractu calami exaratur, facile potuit exolescere. Litera aũt νῦ, qualis in fine scribi solet ν, facile ex υ facta est, subiecta infra partẽ priorẽ linea, et deleta apostrophe, quæ sequebatur. Sed q̃d sit Binûm Geniorũ, neq; satis intelligo, neq; uersus satis cõstat, nisi ἀγγέλων dicimus penultima longa, qua licentia usus est Homerus in μέλος & ἐλωεια. Quod si est, significat Sibylla duos esse genios, quorũ nomen à litera σίγμα incipiat, quorum unũ alicubi nominat ipsa Sanielẽ: alter qui sit,

non uideo. Sed nihil hic affirmo. In sequenti uersu pro δόλον, legi debet δι' ὅλον, duobus uerbis.

EX LIBRO SECVNDO.

Adonæus.) Hoc nomen Hebræum est, & dominum significat. 80.1.

Qui nomine complet Ortus.) Hoc latinè exprimi non potuit, quod nulla illarũ quatuor regionũ initium habeat à quarta litera. Hoc autẽ nomen Adam Græcæ linguæ accommodat, nõ quia Græcum sit, sed quia Græcè loquitur: idq; ex sua persona. 91.3.

EX LIBRO TERTIO.

Ex Augustinis.) Augustinos uocat ciuitatẽ quæ paruit Augustis, quæ in Apocalypsi (ut et alibi à Sibylla) Septicollis appellatur. Ex hac uẽturus est Belial, qui à Sibylla Belias uocatur: sicut à Græcis Annibas dicitur, qui est Annibal: quãquam Belier paulo pòst appellatur. Sed nihil refert. Is est, qui in sacris literis uocatur Antichristus, et homo perditus. nã hoc significat Hebraico sermone Belial. Est aũt diligenter animaduertendũ, quemadmodũ Christus cũ iam adesset, tamẽ expectabatur: idẽ etiam in Antichristo accidere, ne quem fortè illud fallat quod dicitur Antichristus miracula facturus. Non enim uera erunt miracula: quæ res eos fallit, qui tales sunt in Iesum Deũ, quales fuere Iudæi in Iesum hominẽ. 95.1.

Versum ultimũ sic perficies, ut habetur in exemplari Antimachiano, Magna ui flatus Deus immor 96.

talis in illam Impulit: at uenti. Itemq; mox post uer sum, Sed postquam, interseres hunc:
Mutatæ, & uario discrimine dissonuerunt.

103.3. Nãq; domus regno.) Non tam latè quidẽ regnauit Solomo: sed in eos quodã modo regnare dicitur, à quib. ei munera mittebantur, & quibus metuendus erat, ut est in Psal. 72.

123.4. Chiũ quoq; se ipse uocabit.) De Homero loquitur, qui primo hymno ad Apollinem, Deliadas alloquẽs monet, ut si in posterũ interrogentur quẽ cantorem habeãt, quo maximè delectẽtur: respõdeant, hominẽ cæcũ, in Chio habitantẽ. de se loquens.

EX LIBRO QVARTO.

156.1. Assyrij mortalibus imperitabũt Omnib.) id est, maximũ erit Aßyriorũ imperium. Non enim toti orbi imperarunt, sed ita dicuntur imperare omnibus, ut Cyrus, qui apud Esdram uocat se regem totius orbis.

EX LIBRO QVINTO.

168.1. Cuius capitalis habebit Littera bis decies.) Hæc sunt intelligenda in Græco sermone, in quo literæ numerum significant.

196.2. Matrum cæsores.) sic Romanos appellat, propter Neronem matricidam.

EX LIBRO SEPTIMO.

200. Mille mihi lecti.) Mirũ uideri poßit, mulierẽ impudicam, tã præclarè uaticinari. Sed meminisse cõ
uenit

uenit, posse etiam improbos et uaticinari (exemplo est Balaamus) *& edere miracula: quemadmodũ patet ex Christo, qui ostẽdit multos fore in ultimo iudicio, qui hæc à se facta cõmemorent: quos tamẽ nõ sit agniturus, utpote maleficos & improbos. Præterea potuit Sibylla, cũ hæc scriberet, esse proba, et uitam mutasse.* Non *enim dicit se esse sceleratam, sed fuisse. quæ sanè peccati cõfeßio, uitæ correctionem uidetur indicare.*

EX LIBRO OCTAVO. 232.

Porrò *quater decies.)* Romani *imperij finis intelligendus est, cũ* Decius XXVI *imperator unà cũ filio suo cæsus est à* Gotthis, *à quib. postea deletum est imperiũ* Romanũ. *quo quidem* Decio *cæso,* Romani Gotthis, *paciscente* Gallo, *stipendiũ soluerunt, quod antea fecerant nunquam. in quo capitis diminutio, & imperij amißio intelligitur.* Hoc *aũt accidit anno ab* Vrbe *condita millesimo tertio, qui numerus superat numerũ à* Sibylla *positũ numero quinquagintaquinq;: cũ illa dicat,* Romã *completuram esse annos nongentos quadragintaocto, qui numerus est literarũ nominis,* Romæ *in sermone* Græco. *Sed ante* Deciũ *res iã fuerat* Gotthis *cũ* Romanis: *et* Romanorum *imperium perire rectè dicitur, cum* Gotthorũ *(à quibus uicti fuerunt) incipit.*

IESVS CHRISTVS.) Hanc *Acrostichidem per omnia imitatus sum, præterquã in ultima* 2.239.

litera. Cũ enim in Græco sit Crux, ego uerbo latino destitutus, cuius litera prima esset x, posui Crucis, ut duab. literis quæ idẽ ualeãt, unam exprimerẽ. Quod si in Græco pro ῥυτὸς ὁ υἱῶ, legeretur αὐτὸς ὁ υἱῶ, quod idẽ esset, haberes pro σταυρὸς, id est crux, σταύρωσον, id est crucifige. Sed de hoc nihil affirmare audeo. Videtur aũt Cicero audiuisse hoc de Christo oraculũ. Nam in lib. 2. de Diuinatione, de Sibyllæ carmine loquẽs, disserit his uerbis: Sibyllæ uersus obseruamus, quos illa furẽs fudisse dicitur, quorũ interpres nuper falsa quædam hominũ fama in senatu dicturus putabatur, eũ quẽ reuera regem habebamus, appellandum quoq; esse regem, si salui esse uellemus. Hoc si est in libris, in quem hominẽ, aut in quod tẽpus est? Callidè enim quæ illa composuit, perfecit, ut quodcunq; accidisset, prædictũ uideretur, hominum & temporũ definitione sublata. Adhibuit etiã latebrã obscuritatis, ut ijdẽ uersus aliàs in aliam rem posse accõmodari uiderentur. Non esse aũt illud carmen furentis, cùm ipsum poema declarat (est enim magis artis & diligẽtiæ, quàm incitationis & motus) tum uerò ea quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cũ deinceps ex primis uersus literis aliquid connectitur, ut in quibusdã Ennianis, quæ Ennius fecit. Id certè magis est attẽti animi, quã furẽtis. Atqui in Sibyllinis ex primo uersu sentẽtiæ primis literis illius sentẽtiæ carmẽ omne prætexitur. Hoc scriptoris est, nõ furẽtis: adhibentis

bentis diligẽtiam, nõ insani. Quamobrẽ Sibyllã quidẽ sepositã et cõditam habeamus, ut (id quod proditũ est à maiorib.) iniussu Senatus ne legantur quidẽ libri, ualeãtq; ad deponẽdas potius, q̃ ad suscipiẽdas religiones. Cũ antistitib. agamus, ut quiduis potius ex illis libris, quàm regẽ proferãt, quem Romæ posthac nec dij nec homines esse patiantur. Hæc Cicero. Sed quod dicit, Sibyllã hominũ temporũq; definitionẽ callidè sustulisse, nõ uerè dicit. Nã ea ad finẽ secundi libri apertè dicit, tũ uenturũ esse illum regem immortalẽ, toti orbi dominaturũ, cum Roma Aegypto imperare cœpißet: id quod accidit paulo post Ciceronẽ, sub Augusto, quæ religio iã hominũ animos occupauerat, cũ de reducendo in Aegyptũ Ptolemæo ageretur (ut est in prima Familiarium epistolarũ Ciceronis) qui Ptolemæus à Gabinio reductus est. Præterea in lib. 1. dicit, tũ eum esse uenturũ, cum esset Ioãnes baptista ab Herode occisus: Ioannẽ uocem quandã appellãs in deserto clamãtem. Sed qualis futurus esset ille rex, nesciuisse Romanos. ideo minus mirũ est, quòd ne Iudæi quidẽ sciuerũt, putãtes fore terrestrẽ, cũ futurus esset diuinus et cœlestis. id quod ex Sibylla cognosci potest, cum Deũ uocat, et nostra causa supplicio affectũ. Quod aũt dicit de Acrostichide Cicero, malè omnino colligit: quasi uerò sit difficilius Deo uates agitanti talia fundere carmina ex tẽpore, q̃ Ennio, adhibito et tẽpore et diligentia.

259.3. Dicta logi Bethlehē.) Λόγος sermonem et ratio
nem declarat, siue consiliū quoddā, & prudentiam
ac mentē, per quā Deus agat, sicut homines sermo-
ne et ratione agunt: cuius uerbi uis quoniam latinè
uno uerbo satis exprimi nō potest, usus sum Græco.
Bethlehem aūt Hebræis domum panis significat, in
quo oppido natus est noster ille cōditor, altor, ser-
uator, Dei filius IESVS CHRISTVS,
Deus summis laudibus celebrandus
in sempiternum.

ANNOTATIONVM FINIS.

MOSIS CARMEN, IN QVO HEbræorum calamitatem ob alienorum deorum cultum futuram prædicit: rursumque eorundem instaurationem, & hostium ultionem: quod argumentum à Sibylla non est alienum, ex Exodi 32.

AVdite cœli quæ loquor, accipe
Oris loquelas terra mei, meæ
Imbris fluent ritu camœnæ,
Verba fluent mea roris instar.
Non secus ac si prata rigans liquor
Cœli pluentis gramina mulceat,
Magni Iouæ nomen citabo:
Laude Deum celebrate nostrum.
Perfecta cuius fortia facta sunt,
Et iuncta recto iudicio. Deus

Fidissi-

Fidißimus, culpaq́; maior,
Iustitiæ pater, atq; recti.
A quo sceleſtè degenerant sui,
Non iam sui, sed perdita natio.
Talin' Iouam mercede placas,
Insipiens popule, atq; stulte?
Is non ne uindex est tuus, & pater,
Qui te creauit, qui tibi dat statum?
Antiqua seclorum reuolue
Tempora, præteritos & annos.
Patres rogato, consulito senes,
Qui consulenti sic referent tibi:
Cum sorte gentes separaret,
Diuideretq́; homines supremus,
Diuisit agros gentibus, intuens
Hebræa quanto gens numero foret.
Namq; eius est sanguis Iacobi
Pars adamata, peculiumq́;.
Quem cum relicto repperit in loco,
Diris ferarum uocibus horrido,
Complexus est ipsum docendo,
Vtq́; suos oculos tuendo.
Quo more nidum suscitat, & supra
Vibrata pullos peruolitat suos,
Paßisq́; susceptos in alis
Fert aquila, & per inane fertur:
Sic solus illum duxit agens Ioua.

Præsente nullo præterea Deo,
Et uexit in suprema terræ,
Frugibus ut frueretur agri.
Quin melle saxis, ac oleo petris
Manante duris nutrijt, & boum
Molliq; balantum cibauit
De grege lacteq;, butyroq;.
Nec non opimis carnibus arietum,
Agnisq; & hircis pinguibus, optimi
Cum tritici candente flore,
Sanguineoq; liquore uitis. (be,
Hinc ergo pinguis redditus, impro-
Crassoq; farctus pondere corporis,
Hunc calcibus, qui te creauit,
Estq; salus tua, reppulisti?
Verumq; ducens pro nihilo Deum,
Hũc prouocasti (proh scelus) aduenis
Diuis ad iram, dæmonasq;,
Sacrificando, deos putasti.
Ignota diuûm numina, non procul
Adducta, nunquam culta parentib.
Ambis, tui dum conditoris
Immemor, immemor es parentis.
Hæc ille cernens fert grauiter Ioua,
Prolis perosus flagitium suæ,
Et dicit: Auersabor illos,
Sicq; uidebo cadent ut hæ res.

Gens

Gens infidelis, progenies malæ
Frugi, dolorem qui mihi per deos
Vanos, & indignos deorum
Nominibus, faciunt, & iram.
Ergo uicißim per fatuas eos
Gentes, & ipso nomine gentis haud
Dignas, ad iram prouocabo,
Afficiamq; pari dolore.
Flamma furoris terribilis mei
Terræ peruram uiscera funditus,
Eiusq; fruges, montiumq;
Firma cremabitur igne moles.
Ipsos malorum congerie premam,
Totisq; telis funditus opprimam.
Vret fames, urent dolores,
Exitiabilis uret æstus.
Addam ferarum uulnera dentium,
Addam malorum uirus et anguium.
Ferro foris desæuietur,
Intima tecta pauor tenebit.
Lethum puellas & iuuenes idem,
Annosq; canos & pueros manet.
Stat stirpitùs delere gentem
Ex hominum numero scelestam.
Hostem ferocem sed metuo malè,
Ne ueritatis nescius, hæc suæ
Dicens superbæ cuncta dextræ

Gesta,

Gesta, Iouæ neget esse factum.
Nam gentis eius non ratio sagax,
Vllum'ue mentis consilium uiget,
Prudenter ut considerent hæc
Tandem aliquando, putentq́; secum:
An mille possent uincere singuli,
Et dena bini millia uerterent,
Ni proderet clausos in arctum
Sponte sua Deus ipse eorum?
Nam non eorum par Deus est Deo
Nostro, uel hostis iudicio: sed est
Illis & uua, & uitis, agros
Quæ Sodomæ sapit, & Gomorræ,
Est uua succo fellis amarior,
Prægnans racemis tristibus: est eis
Vinum, quod est planè draconum
Virus, & aspidis horridum fel.
Hæc sub meis sunt condita clauibus,
Arcana sunt hæc me penes abdita,
Fiet mei uindicta iuris,
Pœnaq́;, cum pedibus labascent.
Namq́; instat illis exitij dies,
Duriq; casus temporis ingruit,
Cum scilicet causam suorum
Suscipiet Ioua iam secundus.
Cum destitutos robore pristino,
Omniq; nudos præsidio uidens,

Dicet:

Dicet: Quibus freti fuerunt,
Numina, nunc ubi delitescunt?
Polluta quorum mandere pinguia,
Haurire quorum sunt soliti merum
Libaminum: quin excitantur,
Auxilioq́; suo tegunt uos?
Nunc esse solum discite me Deum,
Nullo secundo, quem penes est necis
Vitæq́; ius: qui uulnerare,
Vulneribusq́; queo mederi.
Cui nulla res est quæ queat eripi:
Qui sic in altum tollo manum meam,
Per meq́; uitæ iuro patrem,
Si gladium exacuam coruscum,
Fortiq́; causam suscipiam manu,
Mulctabo iusto supplicio meos
Hostes, & auso me perosis
Præmia digna suo rependam.
Tingam sagittas flumine sanguinis,
Ensemq́; pascam carne cadentium:
Tantus cruor manabit, hostis
Vltio tam capitalis instat.
Laudate gentes hunc populum, quia
Vltor suorum sanguinis est Deus,
Hostemq́; pœna persecutus,
His fauet, his patriam tuetur.

FINIS.

ERRATA.

Pag.3.uersu 11.quæ certò 21.7. ἔμπεδα 23.5
quippe quæ 25.24. τεχθεῖσα 29.16 ποῖα ποίας
33.6.et 18.ἐόντες 24.16. κατθέμενοι 36.8.Nam-
que quis 37.2. ψυχοτροφεῖτε 8.κ' οὐκ ἀτ. 38.1.
οὐδ' 39.27 uiuentum 41.12 γλαυκὴν 21. ὑ-
παιτετέλεστο 42.1.πρὸς λαλιὴν 43.23.obtexêre
49.16.πλέον 54.2.πενθήσω 56.9.uasto 60.21.
Quod 68.15.desinet 77.23.ἅρματιταίνων 79.
4.Tetræ 89.2.in marg. μοβριμνῶν 97.9.ἐφημερί-
ων 101.4.ἐκάθηντο 118.1.ἡγεμόνων 130.13.εἷς
δ' 133.12.σύρων 13.ἐπαμύντορα κλήζειν 136.12
mutabitq; 142.25. ἐπὶ τούτοις 148.19. pedibusq;
150.14.ἠελίοιο 151.11.cœli stellantis 162.7.πέ-
δον 177.26.πλινειὸς 181.1.πανέρημος 186.12
ἐπιμαινομένας 189.27. in marg. ἐπικλύζουσιν
190.14.in marg. ῥιφεὶς 192.13. Συρόμενον 214.
2.ἐκπίεται 225.26. καὶ ἀλώπεκες οἶκ. 226.3.
Δόγματα 10.πολιόκρανος 229.5.εἷμα 237.16.
ἐπόρχ. 239.6. ne diuisa 245.15. νοῶν 248.
18. non iam mortis 249.9. θηρῶν 251.4. re-
ctæ 254.10.in marg. ποιήσει 255.26. Ad quem
oris prima tu dulci uoce 261.19. τερατώδεσιν
268.1.uaticinia dici 269.22. τόπῳ 27. ἀντιττό-
μενος 270.10. κωλύον 12. ἐπανήξει 271.16.ue-
stigia 22.dominabantur 274.17. οὐκοῦν 276.22.

quæ

quæ cingere 277.12. πρῶτα 278.11. πᾶσαν 281.
16. προστάξεως 20. ἐπικλήσεος 282.20. χρηστο-
μῶν 283.2. tulerint 305.7. uersuum 308.8.
ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει 311.8. ἐξε-
τανύσθη.

F I N I S.

BASILEAE, EX OFFICINA IO-
annis Oporini, Anno Salutis humanæ
M. D. L V. Mense Augusto.

EX VETERVM COMICORVM FABVLIS, QVAE INtegræ non extant, sententiæ,

Nunc primum in sermonem Latinum conuersæ.

Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.



Victurus genium debet habere liber.

PARISIIS, M.D.LIII.

Apud Guil. Morelium.

COMICORVM

Duorũ & quadraginta,è quorum fabulis hæ sunt sententiæ,Catalogus.

AVCTORVM NOMINA EX quibus hæ ſententię deſcriptæ ſunt.

Athenæus.
Clemens Alexandrinus.
Collectanea impreſſa cum Callimacho.
Euſebius.
Harpocration.
Ioannes Stobæus.
Philo.
Plutarchus.
Suidas.
Hieronymus Spartanus, in libello manu ſcripto, cui erat inſcriptio, Ἐκ τῶν Μενάνδρου γνῶμαι μονόστιχοι.

EX MENANDRI COMOEDIIS QVAE SVPERSVNT SENTENTIAE. A

QVę ad te non pertinent, ea neque audito, neque videto.
Veritatem in lucem profert tempus.
Ducit deus malos ad supplicium.
Agrestem esse te simulas, cum sis malus. B
Nihil vnquam præstabilius est quàm vera dicere
quacunque occasione. in eo ego spondeo
præsidij vitæ maximam partem esse.
Semper censentur pauperes deorum esse.
nā in ijs quæ satis sunt acquiescūt temperantes.
Tristia semper à vita repelle.
exiguæ vitæ tempus angustum viuimus. C
Immortalitas non est, ne si congesseris quidem
Tantali talenta, quorum satis fertur habuisse.
at morieris, eáque cuipiam relinques.
Turpe est, cum quis lingua disertus,
lingua sermones inanes eiaculatur.
Arrogantiæ nemo pœnas effugiat.
Veritas autem adsit
tibi mihique rerum omnium æquissima. D
At voluptas quædam amantes demulcet
ex congressu? qui fit igitur vt alter hac potitus,
nihil patiatur, sed ridés abeat,
alter pereat? certus morbus est
animi, qui statim ictus intrinsecus vulneratur.
At cum amantem, vt sapiat, quis hortatur,

in quo ſuam operam perdat, is cernet. A
ſolus amor hominibus inconſolabilis res eſt.
Diligentia & labore nihil non aſſequimur rerum.
Peccat etiam vir ſapientior.
A viro cui res ſunt aduerſæ, procul amici.
Viri improbi inteſtina non marceſcunt.
Viri eſt, quæ accidunt generoſo animo ferre.
Virorum prauorum iuſiurandum in aqua ſcribe. B
Inexploratum ne punias quenquam.
Vir inutilis ne cenſeatur amicus.
Vir bonus bonum nunquam odit.
Vir malus in ꝓſpera etiã fortuna infortunatꝰ eſt.
Humanè ferendæ ſunt, hoſpes, fortunæ.
communes communiter ferre caſus decet.
Homo in aduerſis ſpe ſeruatur.
Amẽtia, mortalibus infortunium eſt voluntariũ. C
Omnia retegit tempus.
Omnia ſapientiæ ſubijciuntur.
tu verò imbecillum & muliebre corpus meum
non iure carpis. etenim ſi ſapiam,
potius id eſt quàm brachium robuſtum.
Omnia quæ viuunt, & ſolem intuentur
nobis communem, ea voluptati ſeruiunt.
Omnia animantia beatiſsima ſunt, D
& longè plus mentis quàm homo habent.
aſinum cernere licet primum hunc,
qui miſer eſt ex confeſſo.
ei nihil mali ſua culpa naſcitur,
ſed quæ natura dedit, ea habet:
nos verò præter neceſſaria mala
ipſi per nos alia nobis ſuppeditamus,

angimur, si sternutauerit quis: si male loquatur, A
irascimur: si quis viderit insomnium, valde
metuimus: si noctua vlularit quæpiam, formidamus.
ærumnæ, opiniones, ambitiones, leges,
omnia hæc adscititia naturæ sunt mala.
Omnes bene fortunatos profitemur amicos.
Depudet omnes, neminem amplius pudet:
quem verò neque pudor, neque metus mouet.' B
is primas impudentiæ partes tenet.
Perdet me genus. ne dicas si amas me,
mater, ob rem quamlibet genus. quibus natura
boni nihil adest peculiaris,
eô confugiunt, ad monumenta,
& genus, numerántque quot auos habeant.
Nimirum virtutis & vitæ degendæ magister
liberæ cunctis est ager. C
Ociosus sanus febricitante longe
miserior est: vt qui duplo plus inutiliter edat.
Optimum est, omnes honestatem didicisse.
Imperium nactus, eo te dignum exhibeto.
Morum acerbitatem habet quandam aspera vita.
Malitiæ subduci nulla ratio potest.
Inops factus opulentis ne ipse inuideas.
Relictis claris, ne persequaris obscura. D
Optimum est in omnibus lucrum non spectare.
Vitam honestã viues, si vxorem habueris.
Consilium ante rem omnem captato.
consilio enim nihil est tutius.
Parentes velis ante omnes in honore habere.
Velis omnibus, non tibi vni placere.

QVi vxorem ducere decreuisti, scias oportet, te A
boni participē futurum, si malum paruum accipias.
Vxorem ducturus ad pœnitendum pergit.
Nuptiæ enim hominibus malum est optabile.
Ridet stultus, etiam si nihil ridendum cernat.
Risus intempestiuus mortalibus graue malū est.
Seni misero qui sua mala B
dabat obliuioni, memoriam refricasti,
iterúmque vt miser esset auctor fuisti.
Senex amator extremum infortunium est.
Senij vitiosi quæ mutatio fieri potest?
Sententia senis tutior est quàm iuuenis.
Parentes honora, benefac amicis.
Mulier felix est, quæ maritum sui amantē habet.
Vxorem probam nãcisci non est facile. C
Mulieribus omnibus silentium decus adfert.
Mulier frugi domus est gubernaculum.
Mulier sumptuosa res est molesta, neque sinit
maritum pro arbitrio viuere. existit attamen
boni aliquid ab ea, liberi: si in morbum delabatur
qui eam habet, studiose curam eius gerit:
cum infortunato vna permanet: mortuúmque D
sepelit, contegit familiariter. intuere
ad hęc, cum angit te quid rerum quotidianarū.
sic enim rem omnem feres: sin dicas
semper quod angit, nihil autem contra opponas
eorum quæ dicta sunt, ad extremum nō poteris.

BEatus tibi eris ipsi, si diuitem duxeris.

Debet qui vt ciuibus præſit delectus eſt, A
dicendi facultatem non copioſam;
ſed moribus commixtam habere.

Debent qui nati ſunt dum vixerint, laborare.
inertia enim tenuem non alit vitam.

Non debent amici verbis fidem adhibere.

Ignauorum virorum, ignauæ ſunt cogitationes & conſilia.

Ingenioſæ ſunt dolis excogitandis fœminæ. B

Dercippe & Mnefippe, cum maledictis
à quopiam, aut factis vexamur,
ad probos amicos omnibus refugium patet.
etenim collugentem ſine ludibrio,
& vnà indigne ferentem, quũ familiariter cernit
noſtrum vnuſquiſque ceſſat
hoc maxime tempore dolere.

Hera, nihil eſt amore valentius, C
ne ipſe quidem qui in cœlo dijs imperat
Iuppiter, ſed eo cogente nihil non facit.

Iuſti iniuriam facere neſciunt mores.

Iuſtus fueris, ſi moribus pro legibus vtaris.

Iuſtus eſſe quàm mitis malis.

Accuſans in iudicio parentes, inſanis, miſer.

Bis idem peccare, non eſt viri ſapientis.

Doloſum virum fuge, quandiu vixeris. D

Duo ſunt quæ vxorem ducturo cernẽda ſunt,
aut grata facies, aut boni mores.
ea enim cõcordiam coniugum inter ſe pariunt.

EQuidem nihil antiquius cenſeo tẽperãtia.
quia cum bonis ſemper verſatur.
Si affectos iniuria, pater, fugiamus,

quibusnam opitulabimur alijs facile? A
Etsi vehementer angeris, nihil iritatus
facias temere. irã enim ratione carentẽ cohibere
in perturbationibus maxime sapiens debet.
Si omnibus in rebus seruire seruus discat,
prauus erit. libertatis partem dato,
id longe optimum eum faciet.
Si quis accedens deorum potens mihi dicat,
vbi mortuus eris, iterum de integro eris: B
eris verò quicquid voles, canis, ouis, hircus,
homo, equus. te enim reuiuiscere oportet.
id fatatum est, quod vis elige:
omnia statim potius, me dicturum arbitror,
fac me, quàm hominem. iniustè prospera
& aduersa vtitur fortuna hoc animal vnum.
præstantissimus equus studiosius quàm
alius curatur: bonus si fias canis, C
lõge in maiori eris honore & precio quã malus.
gallus generosus alio cibo
nutritur: degener etiam formidat cõstãtiorem.
homo si sit bonus, nobilis, valde
generosus, nihil emolumenti hoc tempore.
at assẽtator optima omniũ fortuna vtitur, pòst
calũniator: veterator tertias sibi partes vẽdicat.
asinus fias præstat, quàm deteriores D
cernas teipso illustriorem vitam degentes.
Fato decretum est, vt malorum consiliorum
fructibus malis compensentur mortales.
Si eum qui facit iniuriam virum ita vlcisceretur
nostrûm quisque, & obluctaretur,
pariter ratus sibi illatam esse
iniuriam, & acriter alij alios adiuuarent,

non in maius malum nobis creſceret A
peruerſorum,ſed ij obſeruati,
& merito ſupplicio affecti,
aut rari eſſent,aut nulli.
Pax agricolam inter ſaxa etiã bene nutrit:
bellum verò etiam in plano ſolo malum eſt.
nemo enim ita demens eſt,vt bellum
præ pace malit.
Ingenuo irridere longe B
turpius eſt:at dolere humanum.
Mihi pro vrbe,refugio,lege,
& æqui & iniqui cuiuſuis iudice,
herus eſt.ad eius vnius nutũ me viuere oportet.
In ſpe ſapientibus vita habenda eſt.
Omni tẽpore quod iuſtum eſt,præpolleat oportet.
Inter hoſtes excellere vir debet.
agrum enim colere,ſerui munus eſt. C
Intus maneat fœmina oportet
bona:quæ ſi foras exeat,nullius eſt precij.
Infortunium & noxam ferto decenter.
hoc viri eſt mente præditi:non qui ſurſum
erectis ſupercilijs,hei mihi,ait,
ſed qui ſua ipſius moderate negocia fert.
Extrinſecus ſunt qui fortunati videntur:
intrinſecus verò ſunt omnibus hominibus pares. D
Cum aliquis ſe in bonis eſſe reputans,
melius quid quærit quã quę habet,mala quærit.
At iratus te temperes velim.
ex iracundia enim gratiã nemo collegit, pater.
Operoſum eſt,ex oratione fœminæ fidẽ accepiſſe.
Operoſum eſt inueniſſe cognatum aut affinem
pauperis.nemo enim fatetur

eum ad se pertinere, qui auxilio aliquo A
egeat. statim enim à se quid petitũ iri expectat.
Venit verũ in lucem aliquando cum nõ quæritur.
Amor in ipsis etiam negocijs ociosus est:
amat specula, & cæsariem flauam:
fugit labores. hoc vnum mihi argumento est,
quòd nemo mortaliũ victũ mendicans amauit:
sed in opulentis puber hic innascitur.
Amor æquus fructum statim adfert. B
Amorem grauem habemus. ex ijs quæ dicuntur,
elige optima, infidum esse amorem,
inque pessimo pectore habitare solere.
Amorem sedat fames, aut æris penuria.
Terror ingens, cum fœmina mitia loquitur:
Felicitatis est hoc, si cui filius sit prudens:
at filia res est operosa patri.
Stultitia mihi videtur manifesta, C
intelligere quæ oportet: ea autem nõ seruare.
Gloriã sum adept⁹, nõ sine multis laboribus tamẽ.
Conuitijs obnoxius, vt videtur, existit,
militis & hospitis habitus.
Eunuchus alia quædam fera est in vita.
Inuenias nullum ex omnibus, Demea,
bonum, in quo non insit etiam aliquod malum. D
Audens esto cum iudicio, audax minimè.
Votis exposce aliquid habere: & si habeas, habebis
De quo maximè gloriaris, id perdet te, (amicos.
te tibi aliquẽ videri: nã & multos alios perdidit.
Habet amaritudinis nõnihil agriculturæ dulce-
Inimicis diffidẽns, nũquã detrimẽtũ capias. (do.
Quod bonũ est, id generosissimũ esse oportebat.
ingenuo semper de se magnifice sentiendum.

IVnctus matrimonio non est liber. A
Zelotypia omnem vastat domum.
Vitam viues optimam, si cohibeas iracundiã.
Vita misera mors est optabilior.

VEnus tenebras amat:
lumen temperãtiæ necessitatem adfert.
Silentiũ enim sapientibus pro responsione est. B
Quæ nunc à quodam nominata est bonitas,
perplexam & anxiam totam vitam fecit.
nemo enim iniurius afficitur supplicio.
Amici sermo suauis est dolentibus.
Mores prauos fuge, & malum lucrum.
Mores iustos malus non attingit sermo.

MAre, ignis, mulier, mala tria. C
Pro deo maximo prudẽtib⁹ parẽtes sunt.
Deus causam parit mortalibus,
cum omnino domum vexare vult.
Nemo mortaliũ absque deo bene fortunatus est.
Dei opprobrium, cum mali bene fortunati sunt.
Alteri dij sunt prudentibus, parentes.
Cole qui semper tibi prodesse possit.
Ferarum omnium ferocissima mulier. D
Tumultum plebis fugito atque petulantiam.
Puella nubilis, etsi prorsus nihil loquitur,
tacendo plurima de se dicit.

INtuitus aliquando rem turpem, ne concurras.

Venenum est aspidis mala mulier. A
Leænæ & fœminæ æqualis crudelitas.
Pariter amicis & inimicis iudicato.
AEquabilē te omnibus præsta, etiāsi vita excellas.
Valentius enim nihil est oratione.

IMprobus & viuens, & mortuus punitur.
Neque deo repugnes, neque negocio addas
calamitates alias, sed necessarias feras. B
Ipsa quoque natura ductilis omnis amans.
Atqui reputo, ego miser qui expecto me
gratiam ab vxore reportaturum, ne duntaxat
malum quid recipiam. ac præclare habet,
in fœmina rarum beneficium innascitur.
Et nos hoc modo vxorem ducere oportebat
omnes, Iuppiter seruator, quo modo emimus:
non explorare quæ ad rem nihil faciunt, C
quis auus fuit eius quæ ducitur, quæ auia:
sed mores eius quæ nubit, cum qua
viuetur, neque exquirere, neque intueri:
verum ad mensam adferre dotem, vt
sit ne argentum legitimum pensator videat,
quod ad quinque menses domi non supererit:
eius autem quæ intus sessura est semper
expendere nihil, sed temere accipere D
peruicacem, iracundam, morosam, forte
loquacem. circunducam meam filiam
totam vrbem. vos qui vultis eam accipere,
loquamini: considerate quantum malum
accepturi estis. necessario enim fœmina malum
est,
at felix est qui leuissimum accepit.

Opportunitatem nactus pauper, multum potest. A
Opportune res considera, si mentem habes.
Præclara res est fortitudine rex excellens,
& iura viuendi iudicio conseruans.
Præclaræ sunt leges valde: at si quis spectet leges accuratius, calumniator euadit.
Cum malis versans, ipse malus euades.
Malum ferunt fructum mala facta.
Præclarum mori, si vita contumeliam adfert. B
Præclarum temporis omnia nosse momenta.
Præclarius est non viuere, quàm miserè viuere.
Præclarum, nihil in amicos peccare.
Bene audire, quàm ditescere malis.
Etiãsi valde manifestũ noueris qui se tibi occultat nequaquam dicas. molesta enim res est,
quæ latere quis velit, ea nosse.
Fructus est virtutis bene composita vita. C
Sua ipsius prudentia nemo bene fortunatus est.
Multis de causis non bene dictum est
illud, Nosce teipsum. vtilius enim erat,
Nosce alios.
Accusare & iudicare simul non licet.
Lucra improba iacturam semper adferunt.
Commune quoddam bonum est, cum vir bonus prospera vtitur fortuna.
Punito improbum, si potes. D
Vrbanus miles ne si quidem fingat deus,
vllus fiat.
Satius enim est, si quis cum ratione consideret,
nõ multa insuauiter, sed pauca suauiter habere.
paupertatéque inoffensã potius, q̃ opes amaras:
Satius est mendaciũ sequi, q̃ verum perniciosum.

Venus enim ne admonita quidem remittitur: A
sique rursus vi cogas, magis protendi solet:
deinde bellum parit: adque euersionem
domorum ista sæpenumero procedunt.

VItam conuenientem prouideto.
Ais, quæ verò ais, accipiendi causa ais.
Portus rerum aduersarum hominibus ars
est. B
Fames maximus angor est hominibus.
Fami enim nihil obluctari potest.
Sermonem hostium, nequaquam amicum censeas.
Gratiarum actio, gratiæ est remuneratio.
Mœrores enim hominibus ægritudinem pariunt.
Angit me seruus, qui plus quàm herus sapit.
cui contigit prudens seruus,
ei nihil est in vita præclarius. C
Mœrorem enim beneuolus mitigare nouit amicus.
Mœrori enim beneuola mederi nouit oratio.
Mœroris medicus hominibus est sermo.
Prodesse non mihi videtur qui malus est.

BEatus cui generosus contigit amicus.
Beatus qui & opes & mentem habet. D
hac enim bene cum opus est, is vtitur.
ita enim quisque sentire debet, ac diuitias ferre,
quæ nonnullis causam dedecoris attulerunt.
Longa enim vita, calamitates multas patitur:
Maximum est ergo solatium lapsis,
si præsentes prope cernant qui condolescant.

Maximum operæprecium est,si doceri didiceris. A
Adolescens non mihi videris intelligere,
à suo quæque vitio putrefieri,
intrinsecúsque omnia labefactari:
verbi causa,rubigine,si consideres,ferrum,
tineis vestem,teredine lignum.
at pessimum malorum omnium,inuidia,
tabificum,fecit,faciet,facitque
animi mali impetus impios. B
Memento cum diues sis,pauperibus opitulari.
Plenum malis est onus fœmina.
Cum iusto viro semper commercium habeto.
Non ducenda vxor,aut si semel duxeris,ferenda,
reiecta multa dote ac fœmina.
nobísque mares de te rogandi.
quod est maximum , nunquam vir sapiẽs debet
nimis asseruare coniugẽ in ædiũ penetralibus. C
voluptatis enim forinsecæ visendæ cupida est.
at in hisce planis abunde si versetur
intueaturque quiduis,& vbique præsens
aspectum satiet,leuata malis est.
mares enim semper appetunt quod occultũ est.
qui autem repagulis,& seris
cõclusam vxorẽ seruat,quantũuis viro sapiẽs vi
deatur, D
vanus est,& sapiens nihil sapit.
quæ enim nostrum foris habet animum,
celerius sagitta,volucríque abducitur:
etiam Argi crebras oculorum pupillas fallat.
& præter mala ea,ingens quoque ludibrium,
maritus inutilis & fœmina disperit.
Ne hoc dispicias,an iunior dicam,

ſed an viri prudentis verba proferam. A
Nullus mihi charus vxorem ducat.
Infortunato ne inſultes. communis enim fortuna
eſt.
Fœminam nec conuitijs petas, nec admoneas.
Ne lucrũ vndecũque captes: téque pudeat
inique rem tibi amplã parare. in metu eſt
ter miſer ille, qui præ parcitate
in odium incurrit duplo rebus partis maius. B
Ne omnibus omnia ſemper credere conere.
Ne ſemper lucrum ſpectes.
Diteſcendo ne feſtines, ne cito pauper fias.
Amicorum duorum iudex eſſe ne ſtudeas.
Infortunatus de te nunquam deſperes.
Fœminam in conſilium nunquam admittas.
Male quidem agendi occaſio exigua eſt.
Odi malum, qui bonum verbum protulerit. C
Sapientem odi, qui ipſe ſibi non ſapit.
Laborent neceſſe eſt, qui bene fortunati eſſe volũt.

IVuenem ſilentium magis quàm ſermo decet.
Iuuenis dum fueris, bona multa fac diſcas.
Ita me deus amet, bonitas felix res eſt
ad omnia, mirandúmque viaticum ad vitam.
huic ego puſillam diei partem collocutus, D
beneuolentiam mihi conciliaui. Ad perſuadendum valet oratio.
hîc mihi quiſpiam ſapientum maxime dicat.
Quid? alios loquentes odio non proſequor.
mores dicentis, non ſermones perſuadent.
Iracundiam cohibe, vt recte ratiocineris.
Veros amicos fratres exiſtimato.

Vxore ducta, te vitæ seruum existimato. A
Legibus obtemperare debet quisquis sapit.
Legibus obtemperare patrijs, honestum.
Lex iubet, vt secundum deos parentes honoretur.
PEregrinatio enim multis modis difficilis est.
Peregrinis opitulans paria consequeris aliquando.
Peregrinis maxime vtilis est temperantia. B
Peregrinum decet silentium magis quàm vociferatio.
Peregrinans ne curiosus sis, & bene viues.
Peregrinus moribus loci illius pareto.
Peregrinos hospitare: nam tu quoque peregrinus eris.
Gladius corpus vulnerat, mentem oratio.
Prudens si fueris, versutiam fugito. C
QVisquis est ille, iniurius
in nostram paupertatem, miser est: quia
in id iniurius est, cuius fortasse particeps
erit.
instabilẽ enim luxũ exercet, etiãsi prædiues est.
fortunę enim fluctus cito transfertur.
Epicharmus deos ait esse,
ignem, solem, tellurem, aquam, ventos, stellas. D
ego vero vtiles deos esse sum arbitratus
argentum & aurum nostrum.
vbi enim eos in ædibus collocaueris,
precare quiduis, omnia tibi dabuntur,
ager, domus, famuli, argentea vasa,
amici, iudices, testes: duntaxat largire:
nam ipsos etiam deos habebis obsequentes.

Nā qui eorū quæ in vita contingūt nihil bene fert A
bonorum; rationis expers est, non beatus.

Qui mentis plurimum habet, rerum plurimarum
præscius est.
prudētia sapiēs cū adest meliorū rerū causa est.

Multum meri, vt parum sapias, cogit.

Qui antequam clare audierit, damnat,
is prauus est, cum male sit persuasus.

Qui primus mendico artē altricem excogitauit, B
multos miseros fecit. simplex enī erat remediū,
vt qui sine molestia viuere nō posset, mortē obi-
(ret.

Qui asperrimus est admonendo filio,
verbis quidem amarus est, at factis pater.

Calumniator in vrbe lupus est.

Nam inuidus sibi ipse hostis existit.
nam spontaneis semper molestijs tenetur.

Quem dij amant, mortem iuuenis obit. C

Quàm stolidi sunt qui supercilia tollunt,
aiuntque, videbo. nam homo cum sis,
videbis quando forte sis infortunatus futurus?
sua enim sponte res ad commodam partem
te dormiente, itémque in contrariam vergunt.

Res plena doloris est, cum quis vixit beatus,
& successore desertam domum habet.

Manere, manere inquam domi qui liber est debet, D
aut non amplius bene fortunatus esse.
militia autem nullum operæprecium adfert:
sed in diem vitam ducendam præcipitémque,
quam minime salutarem experimur.

Nihil est miserabilius q̄ cum in senectutis limine,
bonis morib⁹ prædit⁹ iniquā experitur fortunā.

Quale est, liberorum parentē esse. molestia,
cura,

cura, metus perpetuus est. A
Quem dij amant, moritur iuuenis.
Opprobrio est turpis vita, tametsi iucunda est.
Vbi vis adhibetur, nihil valent leges.
Vbi fœminæ sunt, omnia illic mala.
Ira multos ad mala faciẽda cogit.
Iræ ne vllus quidem vnquam fucus adnascitur.
ea nunc imperat: at si paululùm deferbuerit,
intuebitur quod magis ex vsu sit. B
Ira amantis exiguum tempus durat.
Iram sodalis & amici ferre conator.
Iusiurandum etiam sanctè iuraturus fuge.
Quantus labor est iram cohibere.
Qui diuitem vxorem ductam cupit,
is aut iratorum deorum pœnas luit,
aut beatus nomine vult miser esse.
Qui patrem implacabilem habet adolescens, C
odiosúmque in ædibus, magna nactus est mala.
Qui calumnijs cito fidem adhibet,
aut malis is moribus præditus est,
aut animum puerilem prorsus habet.
Qui pauper in vrbe vitam agere vult,
sibi deterius consulere desiderat.
cum enim in delicatum, & in ociosum
intuebitur, tum demum licet videre D
quàm is miseram & laboriosam vitam agat.
valde male herus sibi consuluit.
ruri enim habitans, non multum carperetur,
cùm nullius precij conditionis fuisset:
habuissétque solitudinem qua se contegeret.
Qui manum in aurum inijcit, etiam si sileat,
mala consilia molitur.

Cum ab amante audaciam abſtuleris,actum eſt: A
amórque is tum inter nænias ſcribatur.
Cum tibi ne vnum quidẽ plus dederit quiſpiam,
partem accipe.præſtat enim longe,minus
accipere,quàm nihil accipere.
Cum quis pauper,qui vxorem ducere decreuit,
vna cum vxore pecunias accepit.
ſe ipſum tradit,non illam accipit.
Cum natiuam pulchritudinem exornant mores B
boni,dupliciter accedens capitur.
Nõ enim copia,ſi quis cõſideret,eius quod bibitur
facit vt quis debacchetur,ſed bibentis ingeniũ.
Non eſt famulis iniuria facienda:cùm alias,
tum præſertim cum bono animo, non maligno
lapſi fuerint.hoc enim valde indecorum eſt.
Non eſt calumnia contemnenda,ne ſi valde quidẽ
falſa ſit:quam amplificare quidam norunt, C
propter quos eiuſmodi ſi caueas,recte feceris.
Puellus non dura tractatione emendandus eſt,
ſed quadam perſuaſione.
Non admodum
ſolet verum quicquam dicere fœmina.
Non valde bene ſeneſcunt artes,
niſi præfectum nactæ fuerint auarum.
Nequaquam malis concedendum eſt, D
ſed reſiſtendum:alioqui ſurſum deorſum
noſtra vita nobis imprudentibus tota ſubuerte-
tur.
Ne vnum quidem cernere licet aut proferre,cui
non ſint aui.alioqui quonam pacto nati eſſent?
quos ſi proferre nequeant,propter aliquam
loci mutationem,aut amicorum deſtitutionem,

quid proferentibus ſunt ignobiliores? A
Nemo iracundiæ gratiam reportauit,pater.
Nemo iratus tuto delibeṙat.
Nemo ſapiens exiguis de rebus angitur.
Nemo diues cito euaſit, iuſtus ſi ſit.
hic enim ſibi colligit,parcitque:
alter dudum aſſeruanti inſidiatus,nihil non habet.
Nemo dum peccat,ſibi conſcius eſt,quanta B
ſit peccati magnitudo,poſtea verò videt.
Nemo bonus malam rem facit.
Nemo è mortalibus mendicans victum,amat.
Nemo futurum tuto cognoſcit.
Nihil eſt muliere deterius,ne pulchra quidē.
Nihil eſt calumniatore laborioſius.
nam ex alieno peccato
ſemper is neceſſario ſuam reprehenſionē capit. C
De nulla re omnino
qui benefacit,deſperare debet.
Nunquam veraces patris in filium
minæ ſolent eſſe, neque amantis in amantem.
Nunquam meretrix honeſti curam habet,
quæ malos mores vice prouentus habere ſolet.
Nemo in ſe mala cernit,Pamphile,
clare:ſed aliū indecore ſe gerentē videbit. D
Nullum generis noſtri diſcrimen eſſe puto:
ſed ſi recte perpenderis,legitimus eſt,
qui bonus eſt:qui malus,ſpurius.
Nihil me angit magis,quàm cū bonis morib⁹ prę-ditus
in difficili quadā vitę cōditione fuerit cōcluſus.
Nihil vtilius eſt taciturnitate.

Nihil miſerius eſſe poteſt amante A
ſene, niſi alius ſenex amans.
nam qui rebus ijs frui vult quæ abierunt
per tempus, quo nam is pacto miſer non ſit?
Non liberi & ingenui munus cenſui,
ferre voluptatem contumeliæ coniunctam.
Non eſt meum aperire latens infortunium,
ſed id occultandum cenſeo.
Non innaſcitur in fœmina beneficium. B
Non eſt quid auditu ſuauius, quàm habitus ſermo
patris apud filium, qui laudem contineat.
A mentia nihil eſt, vt mihi videtur,
audacius.
De factis nō honeſtis honeſtus nō habetur ſermo.
eheu, id diuinitus miſſum hominibus malum,
cum quis bonum videt, at non vtitur.
quid enī mortalibus op9 eſt, pręter duo dūtaxat, C
cereris fruſtum, & aquæ poculum?
Nemo dum viuit dicere licet, Hoc non patiar.
omnia autem non expectata attonitos reddunt.
Non reperitur vita cuiuſpiam ſine moleſtia.
Non eſt dolore, ſi quis recte conſideret,
ægritudo natura maior in rebus humanis.
Hac voluptate nulla maior patri eſt,
quàm moderatum atque prudentem vidiſſe ali- D
quem liberorum ſuorum.
Non eſt iræ, vt videtur, medicina
alia, quàm grauis amici oratio.
Nihil eſt patre miſerius,
niſi alius fuerit, plurium pater.
Nulla res eſt præſtantior amico.
Paupertate nullum maius eſt malum.

Sapientia nihil est preciosius. A
Non est viaticum ad viuendum maius audacia.
Naturæ leges latere nemo potest.
Nunquam æmulandum censui prædiuitem
hominem, nihil ijs quæ habet fruentem.
Admirandos nunquã existimaui mortuos sumptuosos,
sed in parẽ molẽ venire, ac tenuissimum quẽque.
Neque manu emissum robustum lapidem B
facile cohibeas, neque lingua verbum.
Hic præstantissimus est vir, ô Gorgia,
quisquis plurimas mortaliũ iniurias ferre nouit.
Adeo res laboriosa est, expectatio.
Non prudentiam gignunt cani pili,
sed quorundam mores natura seniles sunt.
Molestum est tempus multum: ô grauis senectus,
vt nihil boni, sed multa difficilia habes C
viuentibus ac tristia: omnes ad te tamen
peruenire votis ac studijs contendimus.
Qui non sapit, omnis
arrogantia plausibusque capitur.
Omnia enim
assiduitate conficiuntur negocia.
Omnibus necessarijs malis medetur
tempus: ipsum quoque te nunc sanabit. D
Omnibus enim prudentibus auxiliatur fortuna.
Omnia quæ quæruntur,
indigere solicitudinis aiunt sapientes.
Paternam hæreditatem habeat oportet vere beatus:
quæ autem cum vxore domum ingrediuntur,
neque tuto, neque hilariter possidẽtur.

Pauperes ociosos non alit ignauia. A
Paupertatem & senectuté ferre difficile est.
Paupertatem ferre, nõ cuiusuis, sed viri sapiẽtis est.
De pecunijs loqueris, re instabili.
si enim putas eas permansuras tibi
perpetuo, custodi, nemini
alij communicans, ipséque sis dominus:
sin auté nec te ipsũ, sed à fortuna omnia habes.
quid est, pater, quod istorum alicui inuideas? B
ipsa enim alteri, fortassis indigno cuipiam,
te prætermisso, omnia rursus attribuet.
itaque censeo equidem, quandiu
dominus es, tibi liberaliter ijs vtendum, pater,
omnibus opitulandum, ditescendos
quàm poteris plurimos tibi amicos.
id enim immortale est: & si quando collabaris,
illinc hoc idem tibi suppeditabitur. C
Asperum quoddã pecus est, senex domi manens.
Plus habẽdi cupiditas maximũ hominibus malũ.
nam qui abripere res vicinorum volũt,
victi sæpenumero frustrantur,
suáque alienis adiungunt.
Diuitiæ iniquæ potestatem nactæ
etiam eos qui sapere videntur, demẽtes reddũt. D
Multa difficilia rebus in omnibus inuenias:
an verò plura insint vtilia,
id considerandum est.
Multi felices sunt, non sapiunt vero.
Multis captionum generibus dij
nobis imponunt, natura præstantiores.
Longe præstat apertus amicus
diuitijs occultis quas tu defossas habes.

Multos necessitate ad mala noui ego, A
cum in aduersis essent, adactos, qui natura
tales non erant.
Multas malitia cogitationes versat.
Multa hominibus omnibus cum insint natura
mala, maximum est dolor malum.
Multo deterius est iritare vetulam quàm canem.
Malus est quisquis non est homo frugi.
bene dicentibus nihil contra dicere queo. B
Malum virum nequaquam tibi facias amicum.
Pauper in omnibus reb⁹ formidolosus est,
& omnibus se censet esse despectui.
nam cui mediocris est fortuna, ægrius
omnia aspera, Lampria, tolerat.

DEses si fueris diues, pauper eris.
Vitam facilius deges, si te à muliere ab-
stineas. C
Facilius ferendæ quæ interueniunt fortunæ.
Verbum intempestiuum totam vitam euertit.
Vindica teipsum ab omnibus prauis moribus.
Sordes fœminæ adnascuntur pecuniosæ.

TAcere præstat, quàm quæ non decent ver-
ba facere.
Sapientia res est diuitijs preciosior. D
Cum sapientibus versans, ipse etiã sapiens euadas.
Nemo enim sapiens in res omnes impingit.
A viro sapiente consilium admittas.
A viro sapiente primũ inuentus est sermo.
Firmiter ferendæ sunt nobilium calamitates.
Tu quidem quæ tui officij sunt suades.
me tamen vt quod decet, faciam, nõ oratio tua,

crede mihi,sed proprij mores perſuadēt. A
Tu verò omnium deorũ hominúmque peſsime,
aut me ſuade quę mala ſunt videri bona,
aut amantibus propitium te præſtatō.
Columna enim domus,liberi mares ſunt.
Fidem confudit nunc noſtri huius ſeculi vita.
Conſultor nullus eſt tempore prę̨ſtantior.
Cum amicis proſpera velis vti fortuna.
Salutis ſignum morũ lenitas eſt.

B

TVrbæ quæ ſunt audaces,ſe præſtant
ratiocinando difficiles:
at agendo, ſi commodam nactæ fuerint
occaſionem,
inopinatam artem reperiunt.
Vſuræ è liberis ſeruos faciunt.
Quæ moleſta ſunt enim & tibi dolorē adferunt, C
cernis in teipſo:bona autem non item vides:
inuenias autem nullum ex omnibus,Simyle
bonum,in quo etiam non adſit malum.
Mortales res omnes mutationes multas habēt.
Magni quæſtus facile aut ditant
qui audenter nauigant,aut perdunt.
Quę nihil proſunt in ijs ne fruſtra labora. D
Paternas quidem hæreditates aliquando tempus
alienat,ipſa autem ſeruat corpora.
vitæ verò vnicum præſidium in artibus eſt.
Ingruentia incommoda expectanda ſunt omni
homini.nihil enim ſtabile permanet.
Pecuniæ hominibus parant amicos.
De vicinorum infortuniis ne gaudeas.

fortunæ enim obluctari non facile est. A
Virtutis penus est sola temperantia.
Citissime tẽpus transmutat negocia.
Verum inter homines haud reperitur.
Eadem laudare,& vituperare,non est viri.
Facultates qui mediocres habent
cum iuuenes sunt,vt ament iubeto:
qui verò in senectutem rem differunt,
iuuenilis pulchritudinis vsuras protendũnt. B
Quid autem habeat mortuus
boni,cum isthic viuentes nihil habeamus?
Quid frustra bonus es?herus
ipse perdet omnia:tu verò nihil accipis.
te ipsum conteris,nihil ei prodes.
Quid?multa caueat oportet,qui multa formidat.
Quo vultu vnquam domitus
est nugator?eã enim omnes
amarent.nam aspectus par iudicium habet. C
Honorem adferunt mortalibus omnibus literæ.
Omnes enim dum laudantur,lętãtur mortales.
Argentum esse,adolescens,tibi videtur
non necessariorum quotidie vnum?
honorem præbere potest,panis,farinæ,
aceti,olei,maiorísque alius rei:
at non immortalitatis,ne siquidem congeras D
Tantali talenta, quorũ satis habuisse fertur:
quin morieris,ac ea relinques quibusdam.
quidnam aio?neque tu si valde ditescis
huic crede,neque pauperes iterum
nos contemnas,hominéque semper fortunato
videntibus præbe teipsum dignum.

Nuptiæ,ſi quis verè conſideret, A
malum eſt illud quidem,ſed neceſſariũ malum.
Mori turpe non eſt,ſed turpiter mori.
Noſſe ſeipſum eſt,ſi res
intuearis tuas,& quid tibi faciendum.
Vxorem habere,eſſéque liberorum, Parmeno,
parẽtem,ſollicitudines vitæ multas adfert.
Amor
tenebras offundit etiã ijs qui rationi cõgruentẽ B
& honeſtam vitam viuunt.
Iſte tã acer ad iracundiam animus tamq́ue aſper
indicium eſt omnibus ſtatim animi puſilli.
Opinio maiori crimini datur quàm actio.
Viuere ſine ægritudine,viri eſt beati.
Honeſtum alicubi etiã lege præſtantius eſt.
Lucrum arbitrare lucrum,ſi iuſtum ſit.
Leuiſsimum te malorum omnium mordet, C
paupertas.quid enim id eſt,cui poſsit vnus
amicus ſuo auxilio facile mederi?
Nihil nocere humanitatis opinionem adfert.
Nihil nocere didiciſſe,Laches,
vitæ ſtudium aptum &elegans eſſe iudico.
Nihil nocere omnes homines decet.
Probabile vulgo nonnunquam vim maiorem
& credibiliorem quàm veritas habet. D
Tua hæc modeſtia,niſi ea glorieris,honeſta
foris apparebit,amice,ſin vir cum ſis te
demittas ipſum,nihilique facias,
hic peculiaris quidam riſus cenſetur.
Impudenti orationi opitulatur id vnum ſolum
ſi breuis ea ſit,tempúſque
opportunum nacta.

Ingenuo de se vbique magnifice sentiendum. A
Diuitijs abundantem libenter quisque videt.
Prospera vtentem fortuna sapientem censemus.
Tunc fœminæ maximè metuendæ sunt,
cum quid blandis verbis affingunt.
Iusti viri opinionem reijce,
in factis omnia iuste agentis lucrum facies.
Bene nati & educati recte,
etiã inter malos bonam famam habeãt oportet. B
Coniugis fœminæ terminos trãsgrederis, mulier,
per aulam. aulica enim porta extrema
domus liberæ fœminæ censetur.
vlterius progredi, inque viam cursitare,
alios probris vexantem, canis est opus, Rhode.
Quum qui suas facultates incõsiderate cõsumit,
bene audit, id statim omnibus nocet.
nam qui vitam male administrat suam, C
quonam is pacto alienam seruet?
Id viuere est, si quis cum ijs quos probât, viuat.
Id vnicum tenebras offundit
& ignobilitati generis, & morum improbitati,
omnibúsque hominis cuiusque malis,
si multa possideat: alia palam arguunt.
Eum felicissimum aio
qui contemplatus sine molestia, Parmeno, D
hæc augusta, recessit statim vnde venerat,
solem hunc, commune sydus, aquam,
nubes, ignem. hæc annos siue centum vixerit,
præsentia cernet: siue paucos valde,
augustiora his alia nunquam videbit.
quasdam nundinas esse censeto tempus
hoc quod aio, homini publicas

turba, forum, latrones, aleæ, colloquia ſunt. A
ſi primus diſceſſeris, deſines meliora
viatica habere: abijſti, nulli es inimicus.
qui verò ſuperſtes manet, feſſus tandem perit
miſere conſeneſcens, indigétque cuiuſpiam:
vacillans hoſtes inuenit, alicunde petitur inſidijs. B
cum in hoc ſeculum venerit, miſere mortem obit.
Nam tria ſunt, here,
quorum opera fiunt omnia, aut ex legibus,
aut vrgente neceſsitate, aut etiam tertiò, conſuetudine quadam.
Ter miſera, & calamitoſa natura, C
multiſque plena eſt vita curis.
Imperioſa quædam res eſt, copioſa dicendi ſciẽtia.
Cœcæ ſunt diuitiæ, cœcóſque reſpicientes
ad ſe facit.
Cœca quædam res amentia mihi videtur.
Artem fortuna, non fortunam ars correxit.
Cui corpus male affectum eſt
ei eſt opus medico: cui animus, amicò. D
dolorem enim beneuolus ſedare nouit amicus.
Pauperum enim oratio inanis eſt.
Infortunatorum nobilis nullus amicus:
fortunatorum omnes ſunt cognati.
BOna valetudo & mens, bona ſunt vitæ duo.
Filio maximum eſt bonum prudens pater.
Filio ſi alacri animo quod poſtulat præſtes,
curatorem vitæ re vera, nõ inſidiatorẽ habebis.

Religionis causa & loquere,& disce. A
Superba res est,delicatior quàm par sit vita,
quando diuitiæ possessorem suum deriuarunt
ad alios mores quos prius non habebat.
Somnus omnium morborum curatio est.
Somnus mortis præmeditatio est.
Somnus corporum salus est.
Necesitate vrgente multa fiunt mala.
Voluptate prudens non capitur. B

FVge semper excandescentes heros.
Fuge voluptatem quæ postea nocitura est.
Corrunpunt mores bonos cõsuetudines prauæ.
Amat alium nemo plus seipso.
Amicum per iracundiam in malis ne contemnas.
Laborũ esto studiosus,& vitam deges honestam. C
Amicos habens,thesauros habere te censeto.
Amicorum mores noscito,non oderis prorsus.
Ah ah,mortalibus amores quàm malum magnum est.
Terrori sunt diuina prudentibus hominibus.
ne Plutum dixeris,quem non admiror,deum,
quem etiam pessimus quisque sibi comparauerit. D
Pinguis sensus nunquam consumitur.
Natura enim est amor
admonenti surdus:simulque non facile
est iuuentutem & deum oratione vincere.
Natura mulier & effrenis est,& aspera.

GAudere de re turpi nunquam oportet.

Salue chara tellus, iam à multo tempore te cernens A
saluto. hoc enim cuilibet telluri
non facio: sed cum meum intueor prædium.
quod enim alit me, id ego iudico deum.
Filia possessio est grauis, & quam vix gubernes.
Graue est ea peccare
quæ narrare postquam fecimus nos piget.
Graue est, cum quis plus loquitur, quàm bibit, B
nihil certò tenens, sed tenere simulans.
Valde se accommodare ciuitati peregrinus debet.
nec vrbanum laudauerim, qui præfractus euadat,
& acerbus in ciues per imperitiam.
Vir bonus mala non vulneratur oratione.
A viro bono sapientiæ nonnihil addiscas oportet. C
De bono viro nihil mali cogitato.
Tempus obscurat omnia, & in memoriam adfert.

FAlsa calumnia vitam labefactat.
Mendax nemo diu latet.
Animo enim nihil est preciosius.
IVppiter maxime, spes quantum est malũ.
O maxima quæ nunc es dearum, D
impudentia (si te deam licet appellare:
licet autẽ. quod enim præstat, nũc deus cẽsetur)
quousque progrederis? quousque mihi progressura videris?
Puer sile: in silentio multa insunt bona.
Pueri, quale est hominibus amoris poculũ, pectus sapiens.

O venerāda pax vitifera, quo te nomine appellabo? A
vnde verba ſatis magnifica ſumam?
O ter miſeri
omnes faſtu timentes.
ij enim hominis neſciunt naturam.
O ter miſeri, quid alijs plus habent: vitam
quam miſerabilem trahunt qui munimenta
ſeruant, qui in arcibus inhabitant.
ſi omnes ita facile ſuſpicentur B
quibus pugiones ſint, ad ſe accedere,
quantas quæſo dant pœnas.
O ter infelix, qui pauper cum ſit, vxorem ducit,
procreátque liberos: quam improuidi cõſilij eſt
qui nec præſidium neceſſariorum habet,
nec in rebus aduerſis ad reliquum vitæ
id contegere pecunijs poteſt:
ſed in aperta & calamitoſa vita C
tanquam in hyeme viuit, & moleſtiarum
omniũ particeps bonorum compos eſſe nequit.
Putabam ego diuites, Phania,
qui non ſunt obnoxij vſuris, non lugere
noctu, neque ſurſum deorſum verſatos
hei mihi dicere, ſed iucundum & modeſtũ quẽdã
ſomnum dormire: at è pauperibus quenquam.
nunc verò etiam vos qui beati appellamini, D
video in eadem qua nos eſſe conditione.
Fortuitarum rerũ quarũ in cauſa mores non ſunt,
eas ferre
generoſe generoſus animus debet.
Quàm turpis hominibus res eſt inexplebilitas.
Quàm turpis vita eſt cùm mali mores ſunt.
Quàm infida res eſt fœminea natura.

O Iuppiter maxime,ſpes quantum malum eſt. A
Quàm res iucunda eſt in fratribus concors amor.
Quàm res iucunda eſt,cum intelligentia mixta bonitas.
Quàm vita iucunda eſt,ſi cum ijs quos quis probet viuat.
id viuere eſt non ſibi viuere duntaxat:
iucundúmque mori,cui viuere non licet vt vult. B
Quàm iucundum eſt viuere beatè abſque inuidia.
Quàm iucunda eſt improborum morum oſori ſolitudo,& meditanti nihil
improbũ.ſatis ad honeſtè viuẽdũ eſt ſi agrũ poſsideas.
plebis plauſus cõquirere, quæque in vrbe ſint,
hæ deliciæ ſplẽdẽt illæ quidẽ,ſed exiguo tẽpore.
Quanto melius eſt,herum bonum nactum eſſe, C
quàm deiectè & male viuere liberum.
Vt mutationibus gaudens varijs fortuna,
tuum eſt probrum hoc,cum vir iſte
iuſtus in iniuſtas concidit calamitates.
Vt aſpectus in oculo, mens eſt in animo.

Hæc quoque Menandri reperta ſunt.

BOnum maximum prudentia ſemper eſt. D
Iniuſtum eſt,dedita opera amicos offendere.
Sẽper qui conſeruatus eſt,ingratus eſt natura.
Semper optimum eſt quod eſt tutiſsimum.
Immortales inimicitias ne geras cum ſis mortalis.
Spes paſcit ex mortalibus inanes.
Obſcœni ne quid facito,neque diſcito.
Vigor ætatis prorſus nihil à flore differt.

At quiſquis poteſt,iniuriam inferre non vult. A
Moleſtiarum expertem vitā duces abſque nuptijs.
Simulatque miſertum eſt,gratia interijt.
Viuendi negligens,honeſte viuere nequit.
Si bene ſapis,omnibus in rebus fortunatus eris.
Siquo quatridui nauigatio nobis inſtituatur,
prospicimus ſingulis diebus neceſſaria:
ſi verò ſenectutis ergo quippiam parcendum,
parcemúsne viatica comparantes? B
Si omnia ſeruus tacitus edifcat,
prauus erit libertatis particeps factus.
Requies eſt malorum ocium.
Poſseſsio eſt ſtabilis hominibus,eruditio.
Viri iuſti fructus non perit.
Viri mali fuge conſortium ſemper.
Viri conformatio ex oratione perſpicitur.
Vir inconſultus in vanum laborat currens. C
Vir inconſultus voluptates venatur.
Vir optimus degener nullus euadat.
Vir enim virum,& ciuitas ſeruat ciuitatem.
Vir infortunatus ſpe ſeruatur.
Hominem eſſe te ſemper memineris.
Homo cum ſis,iram temperare ſcito.
Homo cum ſis,communis memor eſto fortunæ.
Malitia inemendabilis res eſt. D
Labefactat ſenectus corporis robur omne.
Gratiam habent omnia tempeſtiue vindemiata.
Omnes eruditio manſuefacit.
Omnes corrigendo ſumus ſapientes:
at ipſi dum peccamus,non agnoſcimus.
Cuique viro genius comes adſiſtit
ſtatim ac natus eſt,dux vitæ

bonus. malus enim qui vitam lædit probam, nõ A
existimandus genius. in totum enim
oportet bonum esse deum.
Omnibus amicis bene fortunatis gratulor.
Vtrúmne cognatus est quidam vitæ dolor?
delicatæ vitæ comes est: illustri vitæ
præsto est: egenæ consenescit vitæ.
Voluntaria molestia est, liberorum satus.
Ipsa te bene docent vitæ negocia. B
Ingratus quisquis acceptorum beneficiorum est
immemor.

RЕctam ingredere viam, si iustus es.
Firmum in vita nihil esse videtur.
Constãs esto, cõstantérque amicis vtitor.
Satius est corpus quàm animum ægrotare.
Optime, ne rebus in omnibus lucrum spectes.
Violentia præsente, nihil lex valet. C
Viuit nemo quam expetit vitam.
Vita vitæ indigens vita non est.
vita est, si quis viuens vita gaudeat.
Vita nuncupatur, cui per vim suppeditatur?
Vitæ iustæ finis honestus est.
Victum vndecunque comparato, præterquam ex
malis.
Vitæ raritas est hominibus mulier. D
Viuere sine molestia mortaliũ nemo facile potest.
Lædit virum impetus animi in iram lapsus.
In aliorum mala respiciens doctus euasi.
Volumus omnes ditescere, at non possumus.
Præmium virtutis est bona institutio.
Mortalibus omnibus mori necesse est.
Mortalibus omnibus conscientia deus est.

VXorem ducturus, in vicinos intuere. A
Ventris omnem habenam comprime.
Senis lingua seni iucundissima est:
puer puero, & mulier muliere gaudet,
ægrotans vir ægrotanti, & infortunio
pressus accinit periclitanti.
Esto non celer, sed tardus ad irascendum.
Linguã maxime da operam vt vbique contineas.
Sententiæ seniorum præstantiores sunt. B
Ex consilio enim bono facta proba nascuntur.
Literæ discendæ sunt, & docto sapiendum.
Fœminæ non dedit natura imperium.
Fœminæ mores ornamento sunt, non aurea.
Fœminæ ne credas tuam ipsius vitam.
Fœminæ frugi est custodire domum.
Fœmina domus aut pernicies est, aut salus.
Fœmina enim nihil nouit præter ea quæ vult. C
Fœmina fœminæ nihil vnquam præstat.
Fœmina iusta vitæ salus est.
Fœmina prorsus natura est sumptuosa.

INfelices alij, felices alij sint oportet.
Amici ne verbis fidant.
Nullum est aliud grauius malum quàm nouerca. D
Silendo acerbius accuses.
Iustam rem aggressus, adiutorem deum habebis.
Iustum est, ut in prosperis rebus, dei sis memor.
Iustus esto, vt & iusta consequaris.

Duplo plus vident qui literas didicerunt. A
Seruo peius nihil est,ne bono quidem.
Largitor pusillum fortunæ, m agnum accipies.
Quercu delapsa nemo non lignatur.
Vires mortalium in pecunijs sunt.
ac si pecunias habeamus,habebimus amicos.
Potest opulentia humanos quosuis efficere.
Deteriori malis esse fortuna quàm maledicus.
Deformis sim potius quàm pulcher malus. B
Res est quam non facile assequaris,fortuna.

NEmo maleficus se talem profitetur.
Trophime si tu sol⁹ ex omnib⁹ natus esses
cũ te mater peperit, cui ꝑpetuo liceret
agere quæ velles,& semper ꝓspera vti fortuna
idque deus quispiam tibi pollicitus esset,
merito indignareris.esset enim mendax,
& insolens quid fecisset:sin ijsdem legibus C
quibus nos,attraxisti animam
communem,vt tibi paulum tragice loquar,
meliori animo hæc ferenda reputandáque.
ac rationum summa in hoc est,homo es:
quo citius sublationem in altum,& rursum
deiectionem, nullum animal accipit.
nec iniuria sane.nam cum infirmissimus sit D
natura,maximarum rerũ administrationẽ habet:
cùm verò labitur,plurima secum bona conterit.
tu autem ingentia Trophime non perdidisti
bona: quæque nũc pateris mediocria sunt mala.
itaque moderato animo posthac ea ferto.

Si mortalis es, vir optime, mortalia quoque cogita.

Nisi parua custodias, perdes maxima quæque. A
Si lachrymæ nobis malorum medicamentum esset,
sempérque qui plorasset dolere cessaret,
auro dato lachrymas redimeremus:
nunc verò non auscultant res, neque respiciunt
ad has, here, sed eadem via,
siue plores, siue non plores, procedent.
quid igitur proficimus? nihil: verum dolor habet B
veluti fructum arbores, lachrymas.
Si quis sacrificet, Pamphile,
taurorũ aliquẽ numerũ, aut hœdorũ, aut hercle
aliud quid tale, aut opificia quæ fecerit,
aureas chlamydas, vel purpureas,
aut ex ebore, uel smaragdo animalcula,
is errat, & vanam mentem habet.
oportet enim vt vir frugi sit & vtilis, C
virgines non corrumpat, & adulteret,
furetur, trucidet pecuniarum ergo.
Deus enim è propinquo præsens te respicit.
Siccine paria facimus & sacrificamus.
vbi sanè dijs litandum, emptam
drachmis si adduco ouiculam duodecim, id præclarum est.
at si tibicinas, vnguentum, psaltrias D
has, thasium, anguillas, caseum, mel,
minimùm ad talentum ratio redit.
Animata dei imago rex est.
Vnus est domus seruus herus ipse.
A fœminis perit magnus mundus.
Liberales tuos ipsius mores conseruato.
Ingenui enim viri est vera dicere.

Nihil non speres ad senium vsque,mortalis cũ sis. A
Spera te si parentes colas,prospera vsurum fortuna.
Peritia enim imperitiam exuperat.
Nam in mulieribus fidem cernere non licet.
In comiter salutantibus inest quædam gratia.
Innumeris laboribus bona parantur.
In aduersis rebus præstat pecunijs amicus.
In malis rebus amicis benefacito. B
Constanter mœrorem & detrimentum tolerato.
Nonnulli prosperis in rebus desipiunt.
Nonnullis silere melius est quàm loqui.
Nam ex voluptate nascitur infortunium.
Male pereat quisquis vnquam
primus vxorem duxit,deinde qui secundus,
tum qui tertius,tum qui quartus,tum qui
postremus. C
Viro male fortunato malum ne affingas.
Factis sis laborum amans,non dictis solum.
Obliuiscũtur omnes in quos collata sũt beneficia.
A factis malis manum liberam habeto.
Bono nanque viro, bona quoque largitur deus.
Est iustitiæ oculus,qui omnia cernit.
Audere non est,amice,viri sapientis.
Taciturni mores res est aspernabilis. D
Bene cõpositus sit oportet,qui alienis vescitur.
Ad iustas preces non obsurdescit deus.
Viaticum ad senectutem semper reconde.
Hostes vlciscere,non tamen cum tuo detrimento.
Habeo magnas opes,& diues
vocor ab omnibus,à nullo verò
beatus.

AEmulare probum virum & temperantem. A
Viuere turpe ijs est quibus vitam inuidit fortuna.
Viuere si vis, ne morte digna facias.
Multis de causis non viuere mulierem oportebat.
Mulierem quære negociorum sociam.
Gloriam tibi relinquendam curato.
Da operam vt ex iustis victum tibi colligas. B
INtempestiua enim voluptas noxam parit.
Lingua cum aberrat, vera dicit.
Lingua multos ad interitum perduxit.
Lingua multorum est causa malorum.
Ex pœnitẽtia iudicium hominibus nascitur.
Aut tacendum est, aut meliora dicenda.
Quæ dedit omnia, reportat natura.
Aut viuendum sine mœrore, aut feliciter moriendum. C
Aluus & multa capit, & pauca.
Aut ne quid occultandum aggrediaris, aut solus aggredere.
Omnia documenta natura superat.
Natura generis cuiusuis est patria.
Suauissimum est cum bene fortunatus mentem habet. D
Suauissimum est facultatum esse compotem.
Suaue est cum pater pro iracũdia prudẽtiã habet.
Praui mores naturam peruertunt.
Mores pecunijs anteponere qui vxorem ducit, debet.
Morum index hominibus est tempus.
Veniet, qui in senectutem culpam omnẽ cõferat.

PEierans ne censeas te deum latuisse. A
Deum cole, & omnia tibi rectè succedent.
Deus obsecundans omnia facile facit.
Dei plagam non effugit mortalis.
Deo volente etiam super vimine nauiges.
Cum deo belligerare graue est, itémque fortuna.
Ferarum omnium ferocissima mala mulier.
Thesaurus est malorum mala mulier.
Mortalis cum sis natus, ne mortuũ rideto. B
Mortalis natus, ne sapias supra diuinum numen.
Iram compressisse & cupiditatem, honestum.
MEdicus garrulus, ægrotanti morbus est alter.
Tuas censeto amicorum calamitates.
Sacra res verè est consilium.
Abunde viues, si senes alas parentes.
Perinde vt deum tuos amicos colere velis. C
AEqualitatem sectare: plus habendi cupiditatem fuge.
Telæ mulierum munia sunt, ac non conciones.
Robusta plebs est, at mentem non habet.
Robusta lex est, si principem nacta sit.
TEmpora tyrannidas dissoluunt.
Temporis occasio legibus longe præstat.
Inexplebilis cupiditas maximum est hominibus malum. D
Malum ferunt fructum amici mali.
Mali enim viri dona emolumentum non habent.
Malo cum viro ne prorsus ingrediaris.
Optima est possessio mortalibus doctrina.
Bonum est mulieris intueri bonos mores.
Præclarus verò est thesaurus gratia collocata.

Præclarum ſpectaculum eſt, bene fortunatus amicus. A
Præclarũ ſeneſcere, itémque denuo non ſeneſcere.
Præclarum mori, quibus vita contumeliã adfert.
Præſtat ſobriũ eſſe, quã nimia crapula exagitari.
Præclarum gignunt fructũ graues & ſancti mores.
Præclara ſtirps eſt in vita mulier.
Potius eſt bonum pauperẽ eſſe quàm malũ diuitẽ.
Etiam in ruſticis eſt eruditionis ratio. B
Inanis gloria nihil eſt miſerius.
Lucrum prauum ne vnquam capeſcere velis.
Cõmune bonũ eſt, cùm probo proſpera ſuccedũt.
Leuiter ferendę ſunt aduenientes fortunæ.
Melius eſt tacere quàm loqui quæ non decent.
Melius eſt tacere quàm vana dicere.
Melius eſt non viuere quàm miſere viuere.
Diiudicat amicos tempus, vt ignis aurum. C
Noli quod inutile ſit id iuſtum cenſere.

ACceptum beneficium, ô homo, remunerare, & iterum accipies.
Cum leone viuendum, aut cum muliere victitandum.
Latere perpetuo te ne cenſeas malus cum ſis.
Nimis te ipſum amans, amicum non habebis.
Verbis remunerare qui te verbis perſuaſit. D
Orationem inimici nunquam cenſeas amicam.
Oratio ſola eſt mœroris medicina.
Oratione ſola mortalium vita adminiſtratur.
Oratione me perſuaſiſti, medicina ſapientiſsima.
Moleſtia eſt perpetua, mulier cum adeſt.

COque, vehementer mihi videris moleſtus,

quot mensas instructuri simus,tertiò A
iam me rogas.porculum vnum mactamus,
octo mensas instruas,duas,vnam,
quid id interest tua?vnam fac apponas.
candylos conficere non est,neque qualia tu
solitus es simul condire,mel,
similaginem,oua.omnia enim contraria
nunc sunt.coquus enim enchytas facit
placentas,assat,alicam coquit,& apponit
post salsamentum,deinde thrium,& racemos. B
Dulciaria vero ex aduerso faciens,
carnes assat,& turdos in bellaria.
tum qui cœnat,bellarijs vescitur:
& vnguentis delibutus & coronatus,
cœnat iterum mellitis placentis ex turdis.

Beata res est,filium bene moratum alere.
Beatus cui boni liberi contigerunt. C
Beatus quisquis beatis obsequitur.
Maxima iracundiæ medicina est oratio.
Memento cum iuuenis es,te aliquando fore senē.
Quenque id manet quod pati debet.
Post largitionem statim gratia senescit.
Ne iudices ex pulchritudinis aspectu, sed morum.
Ne mihi contingant quæ volo,sed quæ conducūt. D
Da operam ne semper omnibus omnia credas.
Ditescendo ne festines,ne cito pauper fias.
Ne acum quidem
charissime,desideres vnquam alienam.
deus enim factis iustis lætatur
& non iniquis:sed labore suū sibi sinit parantem
victum,exaltarier,terram arantem noctéque
diéque.deo autem sacrifica perpetuo,

iustitiam exercendo,& munditia cùm vestium, A
tum corde.tonitru audito ne fugias,
nihil ipse tibi conscius,here.
deus enim è propinquo te respicit.
Ne à socio in aduersis rebus hærente fugias.
Odio te prosequẽtem prosequere, & amantẽ ama.

IVuenis cum sis,seniores audito.
Vincit semper calũnia præstãtissima quæque. B
Arbitrare communia omnia infortunia.
Arbitrare tibi parentes deos quosdam esse.
Lege omnia fiunt & diiudicantur.
Sponsa indotata libertatem non habet.

HOspitalitatis curam semper habeto,ne reijcias.
Hospitibus fidelibus,fidelitate fias amic9. C
Hospitẽ nunquã afficies iniuria,occasionẽ nactus.
Hospitem pręponere,hominibus in more est.
Peregrinus si sis,hospitio te excipientes cole.
Hospites pauperes ne prætermittas cum videris.
Hospiti maxime confert temperatio.
Ensis corpus sauciat,mentem oratio.

QVi literatus est,mente quoque abundat. D
Literarum imperitus,videns nihil videt.
Sermo perturbationis animi medic9 est.
Homo qui non duxit vxorem,mala non habet.
Nisi castigetur verberibus homo,non erudietur.
Qui nihil nouit,nihil peccat.
à necessitate omnia statim domantur.
Mens nostra cuiusque deus est.

Sapiens secum facultates suas circunfert. A
Inuidus sibi ipse hostis est.
Totam bibimus noctem propter te,
ac valde merum mihi videor.
itaque capitibus quatuor præditus exurgo.
Hei mihi.nam repentinum infortunium insaniã parit.
Alijs largitur,alijs adimit fortuna.
Colloquia seniorum amato.
Acutus dei oculus ad res omnes cernendas. B
Armatura maxima mortalibus virtus.
Amantium ira exiguum durat tempus.
Iracundiæ gratia amici secretã ne diuulges.
Iram socij atque amici nititor ferre.
Ne ducas vxorem,si sapis,
hoc viuendi genere relicto . vxorem enim ipse
duxi: idcirco tibi suadeo ne ducas. C
Certa res est & iacta est alea.
Absolue.incolumis & saluus sis nunc veré.
in negociorum pelagus te ipse conijcies,
non Libycum,nec AEgæum,vbi de trecentis nõ perierunt
tria nauigia:& qui duxit vxorẽ,ne vnus quidẽ
prorsus saluus euasit.
Tacendum non est,at loquendum vbi est opus. D
Ne vnus quidem
coquum offendens indemnis euasit.
sacra enim quodam modo nostra ars est.
Nullum est paupertate grauius onus.
Nihil passus es mali,nisi tibi adsciueris.
Non est hominibus malum mœrore deterius.
Non est vllus qui non sui charitate teneatur.

Nulla posſeſsio eſt præclarior amico.
Non eſt quicquam, pater, in hominis natura maius ratiocinatione. rebus diſponẽdis quiſque noſtrum eſt & probè ratiocinando, prætor, imperator, tribunus plebis, rurſum conſul. ratiocinatione excellẽs, nihil nõ habet. A
Nihil eſt bona valetudine in vita melius.
Moleſtus vir eſt inter iuuenes ſenex.
Nemo cum iracundia tuto deliberauit.

B

OMnia retegens tempus in lucem profert.
Vbique enim eſt, omniáque videt deus.
Omnes præclare viuere volumus, at non poſſumus.
Da operam amicis amicus malus ne ſis.
Paupertas ingratos multos facit.
Paupertas ignobilem è nobili facit.
Lapſus vitam facit temperantiorem. C
Canities temporis indicium, non prudentiæ eſt.
Multi mulierum opera ſunt infortunati.
Multi ocium exercent in rebus deterioribus.
Multi menſæ, non veritatis amici ſunt.
Multos aduerſis rebus preſſos erexit fortuna.
Multos tempus viros qui non ſunt facit.
Multorum ingreſſus medicorum me perdidit.
Multarum rerum temporis occaſio cauſa eſt. D
Multarum rerum fit magiſtra fames.
Aduerſus bene dicẽtes contra dicere nihil poſſum.
Aduerſus filium non excandeſcit bonus pater.
STertunt res cum adeſt fortuna.
Sermonem iaculatus quiſpiã, non amplius recipit.

MOribus te ingenuum seruato. A
Silẽtiũ sermone nõnunquã est optabilius.
Sapiens enim è sapientibus consilium nascitur.
Sapientia enim est, didicisse quod non intelligis.
Sapientes suas occultant noxas.
Sapientum consortio euades tu quoque sapiens.
A viro sapiente sapientiæ nonnihil addiscendum.
Versat autem omnia quæ sunt in vita, exigua fortuna. B
Consiliarius probus, non malignus, amicis esto.
Consiliarius esto bonarum, non malarum rerum.
TVrpia lucra calamitates efficiunt.
Vbique putida est multarũ rerũ institutio.
Multa facere, multos quoque dolores habet.
Fortuitus casus præclariora quàm nos, init cõsilia. C
Iucundum malum est viris mulier.
Curæ & diligentiæ omnia serua subijciuntur.
Quid hoc puer? scilicet pro ministri hercle officio processisti. Næ. figmenta enim fingimus: noctémque insomnem duximus: & nunc adhuc infecta sunt nobis vniuersa.
Multa audere, multa peccare facit.
Eundem laudare & vituperare, viri mali est. D
Dolosum virum fuge per totam vitam.
Occasionem precare vndique propitiam habeas.
Mores æqui res est preciosissima.
Cœca est & misera humana vita.
Fortuna res humanas regit, non consilium.
Ei enim qui prospera vtitur fortuna, omnis terra patria est.

IN gratiam vxoris & amici laborandum eſt. A
Ne tibi ipſi decernas laudationem.
Superba res eſt ſpecioſa mulier.
Somnus omnibus eſt vitæ bona valetudo.
Somnus inopiam malorum extremum domat.
Somnus exigua quædam ſunt mortis myſteria.
Neceſsitati ſtatim omnia ſeruiunt.
Suſpicio graue eſt hominibus malum.

B

PEſsimos dicunt mali bonos.
Fugiendi ſemper ſunt irati heri.
Amicitiæ iuſtæ comparatio tutiſsima.
Amicum conſtantem in aduerſis rebus ne formides.
Amicus me lædens ab inimico nihil differt.
Amicus cum amico laborans, ſibi laborat.
Amicorum laudem potius quàm tui ipſius dicito. C

OPportunam gratiam conſecutus, opportunè dato.
Gratiam conſequutus, memento: largitus, obliuiſcitor.
Gratiam largire, verum pro tuis facultatibus.
Gratiam iuſtam & largire, & cape.
Tempeſtas hyemis eſt domi viris mulier. D
Hyems facile in ſerenitatem tranſit.
Tempus omnia conſumit, & obliuionem inducit.
Manus manum lauat, digitúſque digitum.
Tempus ſolum, virum iuſtum monſtrat.
Tempore omnia fiunt & diiudicantur.
Aurum omnia patefacit, etiam inferorum fores.
Seorſim & multa & tempeſtiua dicenda ſunt.

MEndaciũ odit quiſquis ſapiẽs eſt & bon⁹. A
Mendacij calumnia vitam labefactat.
Animum rebus bonis aſſuefacito.
Animi curam gere tuijpſius quantum potes.
Animi ægrotantis medicina eſt oratio.
CHariſsima terra, mater, quàm valde vene-
randa res es
mente præditis, multúmque æſtimanda.
quàm oporteret, ſi quis te paterna hæreditate ac B
ceptam
terram deuoraret, eum poſthac perpetuo naui-
gare,
& neque terram contingere, vt is ſentiret,
quantum accepiſſet bonum, cui non pepercerit.
Tempeſtiuitas omnia vitæ negocia bene diiudi-
cat.
Quàm operoſum eſt in morib⁹ malis beneviuere. C
Quàm facile ruunt ſplendidæ fortunæ.
Quàm iucundum ſeruo bonum herum conſequi.
Quàm iucunda pulchritudo, cum mens tẽperans
adeſt.
Quàm ſuaue viuere, non inuidente fortuna.
Quàm ſuauis ſapientibus laborum recordatio.
Quàm ſuauis vita eſt, ſi quis eam non intelligat.
Vt ſacrificant fures parietibus effractis D
cubilia portantes, vrnas, non deorum,
ſed ſua gratia. thus pia res eſt
& libum. id accepit deus in ignem
totum impoſitum: hi vero lumbo extremo,
& felle item dijs ad veſcendum
impoſito, ipſi reliqua deuorant.
Quàm magnum eſt exiguum tempore datum.

Vt nemo diligens ipse libenter negligitur. A
Vt nihil est doctrina, nisi mens adsit.
Vt omnia honori sunt præterquàm mali mores.
Vt varia res est & versuta, fortuna.
Quàm multa mortalibus ocium mala parit.

Sunt & hæc Menandrica, tametsi non
admodum sententiosa.

Gallus quispiam gallinaceus magnùm vociferatus
est: non B
abigetis foras à nobis aues?
Alia vasa argentea
accepturus aduenio.
Ipsa tandem aues vix abegit.
Agedum, ad satietatem iamdudum bibisti
Sosila. omnibus nunc bibe. male enim manet.
A Chærephonte nihil sane differt
homo quisquis est, qui vocatus aliquando C
ad duodecempedæ epulationem, erectus
cum luna cursu contendebat, vmbram intuitus,
quasi intempestiue veniret, & cum die adfuit.
Equidem iam mihi videor, per deos,
in cyclos me ipsum ingressum
videre in orbem currentem ac versantem.
Illuc me biforis literula trahit,
ac vt vnà drachmam exhibeam causa.
Me enim D
distinuit lepidissimus virorum Chærephon,
qui sacras nuptias se confecturum ait decimo
calendas apud se, vt pridie nonas cœ-
net apud alios. quod enim ad deam attinet, om-
nino bene habet.

Me Nicomache, in locum imperatoris constituite, A
nisi verberibus totum peponem fecero:
nisi spongia molliorem fecero
faciem.

Igitur mihi talem cane dea meretricem,
audacem, pulchram tamen & elegantem simul,
iniuria afficiété, excludété foras, crebra petété,
nullius amantem, sed semper assimulantem.

In prandium acceptos B
à piscatoribus modo quis quatuor
drachmis æstimabat gobios nimis.

Salsamento salẽ inspersisset, si ita res tulisset.

In plaustris insident conuitiorum pompę quædam
valde contumeliosæ.

Aquiloni proprium cum desiderarem
obsoniolum, nullum accepi, lentẽ cocturus.

Impleuítque conciliabulum. C

Locupletis
autem mediocriter è Cylicibus aurum, Persicæ
vestes illæ purpureæ, toreumata
intus sunt, viri, pocilla, toreumata,
& cælatæ personæ, tragelaphi,
labronia.

Iamiam enim illic est, vt simul pariat.

Iam libatio, lapidei labronij, D
Persæque cum suis muscarijs adstiterunt.

Redit linquens AEgeum salsum profundum
Theophilus nobis ô Strato, vt ad honestum
filium fortunatum & incolumem:
primúsque tibi aureum en cantharum,
quale nauigium.

Atque hoc tempore his de rebus solitarij coeunt.

Et illico vicissim primùm ducitur in orbem A
poculum ipsis meri.

Attamẽ aliquãdo iuuenis ego quoque fui,mulier:
at non quinquies quotidie lauabar
tum,sed nunc:neque torquem gerebam,sed nũc:
neque vnguentum habebam, sed nũc:ac tingar,
& depilabor per Iouem,eróque
Ctesippus,non homo:non longe post tempore,
sicut ille,deuorabo quoque lapides B
semel vniuersos,non certe terram solam.

Atqui longe suauius est.non enim vnquam
aquæ tres cyathos,sed vini vnicum bibi.

Lauachrum,famulas,argentaria vasa.

Smaragdum ea & sardia essent oportebat.

Mediocriter ebrius vitro tricotulo.

Post prandium enim vt amygdalas ego
apposui,rhœdia quoque comedimus. C

Paulum institisti.accurrit.Emi tibi
columbulos.

Sola mors ea videtur mihi mors expedita,
cum quis omento pingui crassus iacet,
vix loquens,& ex alto suspirans,
vescitur & ait,præ voluptate putresco.

Conuiuium quem accipit hospitem?
cuiatem?id enim coqui refert. D
velut insulares hi minutuli hospites,
inter recentes pisciculos educati,
his varijs salsamentis non valde
capiuntur,itaque obiter attingunt.
has autem inspersiones & condituras
magis amplexantur:si verò quis accedat Arca-
dicus,

contra, cum mari careat, offa capitur: A
Ionicus diues sedimenta faciens,
candaulum amat, cibos prope coiturientes.
Hi verò inter
manus cum acceperunt, expectant, amicissimi.
Laterna hæc plena est aqua,
non concutienda ea est, sed pede vincienda.
Domesticis cibis contentum sponsum,
nullam desiderantem dotem reperimus. B
Piger est ad omnia, cũctator, cibis indignus, miser,
inutilis, humi misere victitans, vt ipse fatetur.
Octo quis suffundere vociferabatur, & duodecim
cyathos, quousque signo se appetere ostendit.
Aues ferens veni.
Quisquis nactus herum simplicem,
& lenem decipit famulus, non video
quàm is magnam rem confecerit, C
stolidum stolidiorem faciens.
Nullum vetula prorsus
poculum prætermittit, sed in orbem bibit.
Non discipulos accipis suis cibis viuentes,
sed alienos desiderantes.
Dudum iam ad fores stetisti
onere deposito: miserum, nullis cibis alendum
domo recepimus. D
Pinguis enim sus erat in ore posita, & iterum
deliciatus est vsqueadeo vt diu nõ sit deliciatus.
Fecistis opus
socijs indignum. hæ verò cum sint literæ,
nomen non valde declarant.
Multi enim relicto
vallo, villas depopulabantur.

Quî fit vt vulnus habeas A
medio in cubito? quî fiat? per deos, ſcalis
cum in murũ aſcenderem . quod ego cũ oſtẽdo
ſtudioſius, iſti viciſsim rident.
Iugulat me: epulando macreſco.
cauilla ſagacia & militaria qualia.
quàm glorioſus eſt exitialis.
Puellus ingreſſus eſt elixos eos ferens.
Ameten Chæriſpi in taxillo quodam vrito. B
Hæc nunc eſt conſuetudo:
merum inclamabam, magnum frigidariũ quis
propinauit: eos miſeros perdidi.
Superuenit meæ torpor quidam pelli.
Parcus erat & moderatus mercator.
Commentatur quomodo nuptias conficiat.

Hactenus Menandrica. C

D

A

TIbi si non satis est, elephãtum veni ferẽs puer. Quid,per deos id est? Fluentum bipatens. Quàm capax? Trium cõgiorũ, Alconis opus. Præbibit autem mihi nõnunquam in cypselis libenter.

Epicuri verò me B
vides,qui fui discipulus sapientis apud quem
duobus annis & mensibus non totis decẽ,
talenta ego tibi cumulaui quatuor.
Id verò quid est,dic mihi,præito.
Coquus erat ille quoque.nesciebas? Dij boni,
qualis coquus. Natura omnium artium
parens est,ô scelesta. C
non est quicquam sapientius labore:
erátque facilis res ei,cui disputatio trita
hæc erat.multa enim inde comparantur.
propterea coquum intuita illiteratum,
quíque Democriti libros omnes nõ perlegerit,
vel potius teneat,derideto tu vt vanum,
ac Epicuri regulã. Mercedem locabo, certũ est,
tanquã è scholis prodiens.id enim oportet scire. D
Quid habet discriminis? Primus tibi,optime,
glaucíscus hieme & æstate:iterum
quis occidentibus vergilijs tenere
piscis,quis sub solstitia sit vtilissimus.
mutationes enim & motiones malum
summum est in hominibus:variationes
in solstitijs efficiunt:intelligis? quod autem
sumptum fuerit tempestiuè,gratiam reddit.
quid horum comes est? scilicet

procellæ & venti aduenientes, quod dicitur A
indecorum faciunt: at à me nutrit
quod apponitur cibarium, & attenuatur,
rectéque perflat: quia laboribus
succus æquabiliter vbique coagmentatur.
Succus, ais? Democritus nihili. Res
quæ eueniunt vescentem perspicacem faciunt.
Et medicinæ mihi particeps esse videris,
& quisquis intra naturã versatur. At imperitia B
coquorum huius temporis perpende quæso.
quem nidorem, cum videris ex piscibus
disparibus inter se, vnum facientes
& sesama ibidem subterentes: sumpta
eorum quisque particula, oppedat.
itaque vtere me. quid enim bene fiat,
vbi quod solitariũ esse debet, cũ altero miscetur,
& cum ijs quæ nec vt se contingant, nec vt com- C
plicentur consentiunt?
ea perspicere, artis est ingenuæ,
non ollas perluere. nec fumum resipere.
ego enim in culinam non ingredior,
sed contemplor propius assidens:
alij faciunt. tibi verò causas memoro,
& euentum. acutam circuncisuram dimitte,
harmonicus, non coquus sum: ignem protende, D
spicis iniectis fiat æquabilis: olla prima
ferueat. cõsequentem nõ cõuenienter intelligis
formam? Apollo, ecquid ars videtur.
Deinde nihil temere conuiuis appono
ciborum, sed concinne omnibus commixtis,
vt cuiusque modus est, quæ dia tessaron habent
communionem, dia pente, itémque dia pason,

ea ad ipſa accommodo interualla, A
& corollarijs ſtatim conuenienter implico:
nonnunquã etiam eminus ſtans admoneo, qua
ex parte
quid quis tãgat.quid horũ mixturus es? vide ſis,
diſſonum trahis.non tranſgredieris.ſapiens
Epicurus ita condenſabat voluptatem,
curioſe cogebat.nouit ſummum bonum ſolus
ille quale ſit.Stoici autem B
quærunt aſsiduò,quale ſit neſcientes:
proinde cum non habeant,ignorant,nec
alteri dederint,itáne tibi videtur?
omittamus igitur reliqua ſcilicet iamiam.

EPICRATIS.

Hæc verò Lais ocioſa eſt & bibax,
quæ quotidie bibentes & edentes cernat C
ſolum.eadémque mihi paſſa videtur
quæ aquilæ.hæ enim iuuenes cum ſunt,
è montibus oues comedunt & lepores,
robore ſuo eos ſublime corripientes:
at cum ſeneſcunt eæ iam,tum
ſuper templis ſedent male eſurientes:
ac id demum prodigioſum cenſetur.
igitur Lais quoque recte prodigium cenſeatur. D
ipſa enim cum teneriuſcula erat & iuuenis,
ſtateribus exacerbabatur.
vidiſſes ſane citius Pharnabazum quàm eam.
poſtquã verò iã multis annis longũ curſũ egit,
harmoniáſque corporis perdidit,
videre facilius eſt eam & amplexari,
quoquoque verſum iam ad bibendum exit.

accipítque & staterem & triobolum, A
admittit etiam & senem, & iuuenem.
ita sane mansuefacta est, vt, charissime,
argentum ex manu iam capiat.
Quid enĩ inimici⁹ q̃ puer appellari inter pocula,
idque imberbi adolescentulo cuipiam,
& matulam ferre, videréque quæ sunt apposita,
placentas semesas, auiculásque,
quibus nec acceptis fas est seruo vesci, B
vt aiunt fœminę? quispiam congios bibat,
vẽtriosum appellãt, & temerariũ quisquis ederit
nostrûm quid herum.
Quid Plato, Speusippus, Menedemus?
quibus nunc de rebus differunt? quæ curatio?
quæ apud quos disputatio peruestigatur?
id mihi scite, si quid resciens venis,
dic te p Tellurẽ rogo. At plane de his certè noui. C
Panathenæis enim intuitus gregẽ adulescẽtum
in gymnasijs Academiæ, audiui
disputatiões ineffabiles, alienas. De natura enim
præcise definientes, seiungebant animantiũque
vitã, stirpiúmque naturã, olerũque genera: & tã-
dem inter hæc cucurbitulam examinabant,
cuius esset generis. Ecquid tandem definierunt,
& cuius generis esse plantam, declara, D
si quid tenes. In primis omnes
muti tum restiterunt, & vultu demisso
tẽp⁹ nõ exiguũ curiose cõsiderabãt: ac de repẽte
inclinatis & quærentibus adolescentibus
quispiam olus esse dixit rotundum, herbam
alius, plantam alius: quæ audiens,
medicus quidam Siculus oppede-

bat eis vt nugantibus: atque grauiter irati sunt, séque ludibrio haberi clamarunt. nam in talibus scholis talia facere indecorum: nec adolescentibus curæ erat. Plato verò præsens, admodũ certe mãsuete nihil commotus, iussit eos rursum breuiter finire cuius esset generis: illi autem partiebantur. A

EVBVLI. B

de Dionysio Siculo verba fiunt,

At est grauibus & sanctis viris contumacior,
& nullis assentatoribus cauillantibúsque
se, prorsus irascitur: arbitratur verò
hos solos liberos, etiam si seruus sit.
Virorum optimus edendis quotidie
totis ceruicibus, & sterquilinijs prope. C
Absurdum est, vinum semper probari
meretricibus vetustum, virum autem
non vetustum, sed iuniorem.
Mulier
radiculam si ad me tu attuleris, crapulam
ablatura es omnem, vt mihi videris.
Ego saturatus equidem, viri, sum nõ male.
sed ita plenus sum, vt etiam vix valde, D
omnia conatus, crepidis me calciauerim.
Est qui loquitur elinguis, homonymus, mas & fœmina,
propriorum flatuum pronus, hispidus, aliàs lænis,
insipientia insipientibus dicens, legem ex lege trahens:

vnũ eſt & multa,& ſi quis vulneret inuulnerabi
quid eſt hoc?quid dubitas Calliſtrate? (lis. A
Podex quidem certe is eſt.Deliras vero.
Hic enim ipſe eſt elinguis loquax:
vno nomine multis,vulneratus inuulnerabilis:
hiſpid⁹ læuis. quid vis?ſpirituũ multorũ cuſtos.
Piſce Homerus veſcentem dixit alicubi
Achiuorum quempiã:carnem verò duntaxat tor
rebant:cum
elixantem non fecerit eorum quenquã:
at neque vnam alioqui meretricem nouit quis B
eorum:
at amaram militiam viderunt,qui vrbe
vna capta,longe latiores
vrbe quam tum ceperunt,redierunt.
neque aerem heroes auibus ſinebant
liberum,laqueis & nubibus ad turdos,
& turtures capiendos erectis.
Male pereat quiſquis vxorem ſecundò C
duxit:qui primum enim ei non male dicam.
erat enim inexpertus ille opinor,mali:
hic verò quale eſſet mulier malum expertus.
Etenim pauo,quia rarus,eſt admirationi.
Patella balbutit barbara garrulitate,
laſciuiunt piſces medijs in ſartaginibus.
Poſtea Thebas veni,vbi noctem totam
diémque cœnant,& ſterquilinia habent
in foribus ſinguli,quo homini pleno D
non eſt maius bonum,vt qui cacaturiens
longe profecturus eſſet. multáque comedés vir
labra mordet,totus aſpectu ridiculus.
Ita vehementer eſt moribus Bœotius,

vt neque cœnis, vt aiunt, impleatur. A

Omnis ſpecioſa mulier
amans ventitat, cúmque ſartagine delicias agit,
ornatu ſuperfluo balneas amans, adoleſcétulorũ
ſimúlque Teuthis, & Phaleris puella, (illectrix:
cum inteſtinis agninis ſe miſcens,
laſciuit, tripudiat, vt pullus ſub iugo,
flabellum autem excitat cuſtodes Vulcani canes
calido exacuens ſartaginis flatu: B
nidor verò ad nares excitatus
aſsilit: cereris puella ſubacta
dactyli ventre concaui potu
triremis attrahit impetus, imitata
cœnæ præcurrens prandium: comedebant
autem è ſartagine ſepias.

Multi cum fugerint à heris qui liberi
erant, rurſum idem præſepe quærunt. C

Primum quidem mihi ſacrificant nonnulli
ſanguinem & veſicam, cordis autem
ne ſuperficiem quidem. ego enim non veſcor
ſuaui, neque femorali victima.

Quid peruerſe, ſtas adhuc in foribus,
ac non abis? his ſtrenue dudum
dilacerata ſunt calida anſerculorum membra,
diſcerptæ inſignes porcellorum carnes, D
effractus eſt alui per medium orbis,
ſimæ iam factæ ſunt omnes extremæ partes,
explanatum eſt grauis farciminis volumen,
propemodum eroſa eſt torrida teuthis,
ferme comeſta ſunt pectuſcula nouem aut decẽ:
itaque cum velis ex reliquijs eſſe,
propera, propera, nequando veluti lupus hians,

his quoque frustratus postea diu curras.
Somnus eum cùm aliunde male nutriatur, alit. A
verba sunt Bacchi.
Tres solos crateres immisceo
prudentibus: vnum valetudinis ergo,
quem primum ebibunt: alterum,
amoris & voluptatis: tertium, somni,
quem haurientes qui sapientes appellantur,
domum ibunt. quartus non amplius est
noster, sed contumeliæ: quintus vociferationis:
sextus, insaniæ, vt etiam ad vulnerandũ inuitet. B
multum enim vinum in vnum vasculũ infusum
facilime subuertit eos qui biberunt.
Iuppiter maxime, vtinã ego maledictis aliquando
mulieres petiturus, per Iouem, perirem,
rerum omnium optimas: neque nata esset
mala mulier, Medea. at Penelope
magna res est. dicet quis Clytæmnestrã malam:
Alcestin bonam oppono: sed fortassis C
Phędriã criminabitur quispiã: attamẽ per Iouẽ,
bona quædam erat. quis miser sum?
cito sane bonæ mihi mulieres defuerunt:
malarum tamen adhuc multas enumerauero.

EVPHRONIS.

Nouos suppedita mihi ex dijs deos,
ne sæpius veteres iurans peieres. D
E multis quod ego habui, Lyce,
quòd semper aliquid intelligerent, & animũ haberent,
abis factus coquus domo,

mensibus non integris decem longe iunior. A
Nereus autem Chius congrum dijs apparauit:
horium cādidum, non flauū faciens Chariades:
ius nigrum primus parauit Lamprias,
farcimina Aphthonetus, Euthynus lentem:
ex optimis confectionibus quæstus colligunt.
hi post illos sapientes veteres
extiterunt nostri alteri septem sapientes.
Ego verò cernens multa iam anticipata, B
primum reperi furandi artem, ita vt nemo
me oderit. Ob id non anteceptum
proprium quid reperisti, idque tuum est.
quintum sacrificabant diem Tenij,
cani senes, qui longa nauigarant nauigatione,
tenerum hœdum & pusillum. non licuisset auferre
tum carnes albas ne magistro quidem. C
alteros suppeditari duos hœdos coegisti.
nam iecur eorum sæpenumero sectum,
demissa clanculum inferius vna manu,
in lacum proiecisti temere, renem.
multum fecisti tumultum. renem non habebat,
inquiebant. demissis oculis qui aderant considerabant iacturam.
mactarunt alterum: secundi plane D
cor vidi te deuorantem ego.
iamdudum magnus es: certus sis. ne hiet enim
lupus frustra, tu solus artem reperisti.
Fidis veruculos totum diem quæsitos,
duos pisces crudos in igne extinctos:
ac geminis chordis cantillabas. Intellexi
actum illum: id verò ludus est.

Iuppiter, quid nam, nobis concesso tempore viuen A
di breui,
transigere sine mœrore hoc nos non finis?

HIPPARCHI.

Multo est omnium res preciosissima
omnibus hominibus ad viuendum, ars.
nam alia & bellum, & mutationes B
fortunæ consumunt: ars verò manet incolumis.

PHILIPPI.

Verum emito parce.
quiduis enim satis est. Eloquere quidnam.
non sumptuose, sed munditer.
Non est difficile male affecto C
quempiam dicere vescentem, ne male habeas:
pugilémque increpare, nullo negocio pugnãti:
non est autem facile vt idem ipse pugnet.
aliud est dicere, aliud est pati.
Papia, vis cursu profectus
in forum coemere mihi? dic quidnam.
Pisces sapientes, pater, ne mihi paruulos:
nescis quid argentum valet in Argyro? D

E DIPHILI SCRIPTIS SENTENTIAE. A

NEſcis execrationibus obnoxium
eſſe,ſi quis non aut rectè monſtrarit viã,
aut ignem accenderit,aut aquam corru-
perit
cœnaturo,aut interdixerit alicuj?
At eorum B
qui probi ſunt,curã aliquã habet quoque deus.
ac in rebus perplexis vir probus vtilis eſt.
Si noueris quid ſit homo,iucundior eris.
Viri enim amici & cognati domũ
ſuam reputare debet is qui ſedulo cognatus eſt.
Homo ſum:id verò ipſi vitæ
occaſionem maximam dolendi adfert.
Necopinatum nullum hominibus malum. C
quotidianas enim fortunas experimur.
Eſtne res ſtolidiſsima malum lucrum?
accipiẽdo enim occupatus animus,alia nõ videt.
In vita mortali firmum nihil eſt.
viuit enim nemo quam expetit vitam.
Genere tibi propinquiſsimum omnium parentẽ,
hunc perpetuo cole,vnicum bonorum tanto-
rum auctorem & procreatorem. D
Mulierem bonam conſequi non eſt facile.
Niſi eſſet accipiendi cupido,nullus prauus eſſet.
auaritia id eſt,cum quis omiſſa conſideratione
iuſtitiæ,lucri fit ſeruus omnino.
Si moreremur omnes,quibus non eueniunt
quæ volumus,omnes moreremur.
Si tibi quàm pater videar melius dicere,

meipſum afficio iniuria,nec iam pius ſum, A
quòd eũ qui me ſatu ſuo ꝓcreauit offẽdã,ac nõ
Aſellus vnus ex agro ad me deſcendit (amẽ.
ſingulis annis,ex voto
quæ mihi ſatis ſint,omnia præparans,
libamen,ordeum,oleum,caricas,mel.
Præclare aureus multa dixit Euripides,
vincit me neceſsitas,miſérque meus
venter.miſerius enim nihil eſt B
ventre:in quem primùm omnia conijcias,
at non in aliud vas.in pera feras
panes,at non iuſculentũ,aut diſperdes:
in ſportam liba inijcies,at non lentem:
in lagenam villum,at non carabum:
in hunc dijs inimicum inferas
omnia,ſecum nulla ratione conſentientia.
nec adiungo reliqua,quia vbique C
propter hunc miſerum omnia hæc fiunt.
Natus mortalis mori ne reuerearis.
Auro nihil validius cenſeo:
hoc omnia ſcinduntur & conficiuntur.
Tempeſtiuum quod eſt, lucrum vt fructũ profert.
Omni mœrori tempus medetur.
Namque
aſſentator,imperatorem,optimatem,amicos, D
vrbes euertit,ſermone ſceleroſo
exiguum tẽpus oblectans,hoc verò tẽpore mala
tabes quædam ſubijt plebem:iudiciá-
que noſtra ægrotant.& gratia multum valet.
Sibi alicuius rei conſcius,etiamſi ſit audaciſsimus,
eum conſcientia timidiſsimum eſſe facit.
Putas tu mortuos,Nicerate,

delicijs omnibus fretos in vita, A
effugiſſe diuinum numen vt latentes?
eſt iuſtitiæ oculus qui omnia videt.
etenim inferorum duas ſemitas cenſemus,
vnam iuſtorum, alteram impiorum eſſe viam.
ac ſi duos conteget terra, aiunt, tempore,
ideo omnia rimatus, furare, defrauda, miſce:
ne quid aberres, erit apud inferos iudicium,
quod faciet deus omnium dominus, B
cuius nomen formidabile, nec ego nominauerim:
qui peccantibus in longum tempus vitam
concedit: ſi verò quis mortalium putet quotidie
malum quid faciens deos latuiſſe,
peruerſa opinatur, & opinans decipitur,
dum quietem agitat vltio diuina. C
videte quotquot deum non eſſe cenſetis.
eſt re vera, eſt: ac ſi quis male malus
agit, temporis vſuram lucretur.
tempore enim poſtero pœnas dabit.
Iuſiurandum meretricis & oratoris idem eſt.
eorũ enim vterque quos alloquitur, eis iurat.
Quem ſui ipſius non pudet
ſibi conſcium factorum malè, D
quo pacto apud alium facti neſcium pudebit?
Non eſt impudente animal audacius.
malus enim pudor eſt, vbi ſuperat impudentia.
Ita ignauus euaſiſti: non enim magnitudo animi
id eſt quod nunc facis, ſed ignauia,
cum doles dolorem fortiter ferre non poſſe.
Conare fortunæ ſtoliditatem viriliter ferre.

Paupere viro nihil est felicius. A
mutationem enim in deterius non expectat.
Paupertas cum impijs moribus commixta
funditus euertit,atque vitam diruit.
Canus artifex est tempus,hospes,
omnes in statum deteriorẽ trãsformare gaudet.
Quot numero sunt vocati
ad nuptias,optime,& Atticíne
omnes,an ex emporio quidam? Quid verò B
id artis ad te attinet coquum?
Eius quædam in eo principatus est,pater,
si quis futurorũ conuiuarum palatũ prænouerit:
veluti,Rhodios inuitasti,ingredientibus da
statim è calido magnam eis
decoctam silurum aut lebiam:qua re
longe magis exhilarabis, q̃ si murænã intuleris.
gratus est silurismus.sin Byzantios, C
absinthio sphoio irrigato quæ tu cũque apponas,
persalsa fac sint omnia & alliata.
nam propter multitudinem piscium quos habẽt,
omnes mucosi sunt,& laxitate pleni.
Boni qui censentur tutum habent viaticum
ad omne momẽtũ, & fortunæ quãuis inclinatio
O q̃ res est felix in bonis morib⁹ prudentia. (nẽ.
O prudentibus omnibus amicissime D
Bacche ac sapientissime,quà m suauis es:
cũ humilẽ solus magnificè de se sentiẽtẽ facias,
supercilia tollentem vt rideat simul persuades:
imbecillũque audere quicq̃, & timidũ alacrem
Arbitrabar ego piscarios prius (esse.
esse prauos Athenienses solos:
hoc vero,vt videtur,genus,veluti fera

naturæ insidiatur & vbique. A
atque hic quidam est alios supergressus omnes,
comam primùm deo sacram nutriens,
vt ait, non ob id tamen, sed punctis notatus
ante frõtem veli loco eam habet.
hic respondet, si quis roget, quanti
labrax, decem obolis. non addẽs tibi cuiatibus.
deinde si argentum ei numeraueris,
vendidi, inquit, AEginæo: sin eum oportuisset B
pecunias soluere, Atticas reddidisset:
ita vtrisque vicissim vtitur.

Quàm graue est, cùm quis curis exercitus,
temere quemlibet spectatorem admittit.

Veluti propinans nobis nonnunquam fortuna
cum vnum bonum infuderit, tria mala affundit.

Sunt & hæc Diphili, sed non valde C
sententiosa.

Prandium conflauit eximium,
si quod nouum aut desiderabile, ostrearum genera
omnimoda, patinarum ordine compositum agmen:
assatorum properabat cumulus è sartagine, D
trimmatia his succedebant in argenteis patellis.

Archiloche, accipe hoc pelluuium,
plenum Ioue seruatore, bono genio.

Accensa candela, candelabrum quærebamus.

Agedum tu potum infundito:
meracius esto, pueri. nam
aquosum omne hoc vitæ noxium est.

Nisi cum Phædimo familiariter congrederetur A
Chabriæ filius Ctesippus, auctor essem
legis alicuius non inutilis, vt mihi videtur:
vt ei reficeretur aliquando patris
monumentum singulis annis vno lapide
plaustrali: ac valde vile postulo.
Effunde
pleno calice, mortale circuntege deo.
bibe. hæc enim nostri Iouis sunt sodalis, pater. B
Me quidem non vides potum,
iámque thorace pleno ebrium & excandescen-
tem?
at Aston Astionis filium vidit magis
iam fere partibus duodecim pransum.
Polliceri licet plures bibituros sane
vberius quàm aut rhodiaca, aut fluenta.
Accedit (ad eum feramus) post omnia bona C
raphanus, pinguia intestina, carunculæ multæ
mollissimæ, nihil hercle meis
& his res similes, neque
contusis oleis.
Lagenam inanem habeo, vetula, arcam verò ple-
nam.
Quàm potens edendo, qui ante di-
ei ortum inchoauit, aut item cum die. D
Nunquam pisces oculis vidi preciosiores:
Neptune, eorum si decimas acci-
peres precij quotidie,
longe deorum esses ditissimus.
veruntamen horum nisi quis adrideret,
darem anxius quantum à me postularet.

congrum quidem, velut Priamus Hectorem, A
quantum attraxit, tantundem deposita pecunia
coemi.
Cœnant illi: ego verò miser
cesteus ex summo ieiunio euadam.
Polypus
habens omnia integra suis partibus flagella,
non libentissime sese circumrosit. B
Non est vlla minutarum artium perniciosior
quàm lenonis.
in itinere vendere deambulans volo,
rosas, radiculas, thermocyamos, fraces,
denique omnia potius quàm has alere.
Cœnula florida, elegans erat valde:
lentis singulis viris magnus catinus plenus, C
primum: non iucundè, post eam adferens
in medium tripudiauit magnus saperda
(fere putidus hic vere) anthiam
quem multa turdis obiecturum sciebat.
Tragelaphus, pristis, batiaca, labronius
hæc mancipium minime scilicet vides?
poculorum nomina, ita per Vestam.
labronius: aureorum autem filij viginti sunt. D
Vinum doritis refrigerato.
O parietis effractorum
illa & se occultantium lagenula.
quæ potis es ad haustus accedere sub alam,
idque vendere donec tanquam in erano,
vnus reliquus supersit caupo affectus iniuria

ab œnopola. A

O qui hanc intueris & poſsides
Brauronis ſacri charisſimum locum,
Latonæ Iouíſque arcudomita virgo,
vt tragici loquuntur, quibus licentia & potestas
eſt dicendi omnia & faciendi ſolis.

EX APOLLODORO SENTENTIAE.

B

Atquí propemodum caput malorum
dixiſti.in nummorũ enim amore omnia inſunt.
Negocijs expeditum viuere, iucundum eſt. beata vita
& grauis,ſi fuerit cum alijs itidem ocioſis.
qui verò inter beſtias & ſimias eſt,oportet
ſimia ſit.ô miſeram vitam. C
Ego enim non aſpexerim quantæ diuitiæ ſint,
ſed an qui eas poſsidet,ijs ſuperior ſit quæ habet.
Flagro præſente,iuſiurandum ne poſtules.
Odi fortunam cum infortunato capite verſantem.
quiſquis enim opulentus,in prõptu habẽs vt ſuauiter viuat,
male viuit,cuinàm quis id vitio quàm fortunæ,
vertat? quòd cum fortuna infortunatus eſt. D
Quando iuuenis eram,me mortis immaturæ miſerebat:
nunc verò cum ſenis funus efferri cerno,
lachrymor.eadẽ enim via mihi terenda eminet.
Non vbique Phryx ſum,ſi non viuere ſenſero
melius quàm viuere,meliori vtar.
Nunquam deſpondeat infortunatus oportet,

viri, ſed meliora ſemper expectet. A

Neſcio cui confidas: argentóne, pater?
téporis momentum quodlibet alijs nõ habétibus
largitur, habentibus adimit.

Magna doña fortunæ metum habent:
& quod valde ſplédidum eſt à periculo nõ abeſt:
nec tutũ eſt quicquid eſt erectũ ĩ mortali genere,
quod euerterit aut aliquod tempus, aut inuidia, B
poſtquam ad culmẽ proſperitatis quis aſcẽderit:
at mediocritas omnibus in rebus tutiſsima,
quòd neque tota omnino humili animi
parte nitatur, nec rurſus excelſa.
etenim ſi quis cadat ex minori ſtatu,
facilius ſuum circuntegit infortunium:
at molis magnæ ruina ſit magna.
nã ad id quod eſt ſplédidũ, impetũ inuidia facit: C
ac decipit illos quos erexit fortuna.

Illico miles factus eſt pro libero.

Mœrentibus enim & ſollicitis
quælibet nox longa videtur.

Graue eſt fortunæ negocium, graue, inquam: ſed oportet
eam commode feras, vt onus.

Satis temporis ad negocia ſi ſumpſeris, D
omnia ceſſabunt, & comprimentur.

Vos appello omnes homines: quid vita iucunda
prætermiſſa, datis operam vt res male habeant,
alij cũ alijs belligerantes? vtrũne p deos, quæſo,
procuratrix eſt quædam vitæ nunc fortuna
ferox veſtræ, quæ ne literas quidem omnino
nouerit, quid malum, aut quidnam bonum ſit,
ignorans prorſus, temeréque & inconſideratè
quouis modo vos volutans?

arbitror equidem. quis enim malit A
verè Græca cum ſit, offenſos cernere
hos à ſeipſis, & mortuos concidentes,
cum liceat hilares ludendo ſuccumbentes,
tibiæ cantu recreatos, ſic dicere, ô ſuauiſsima
ferocem reuince noſtram fortunam.
& deinceps,
Non hoc eſt viuere, quam appellant
deorum verè vitam: quanto verò iucundiores B
res in vrbibus eſſent (hoc tempore poſſent)
ſi aliam vitam degeremus hac mutata?
Athenienſes omnes potare, & ad
annos vſque triginta foras prodire, equites autē
ad comeſſationes Corinthum, diebus decem
coronatos, & vnguentis ante lucem delibutos:
raphanum vendentes coquere Megarenſes,
in balneas ingredi commilitones,
miſcere vinum, memorabiles erant hę deliciæ, C
eáque vera vita: at imperitæ fortunæ
ſeruimus.

Sunt & hæc Apollodori Geloi.

Anxia, & lacunæ vrna
ſoluta & putei, decentes
funes feciſti. D
Nouum aiunt Chærephontem in nuptias
tanquam ophellam non inuitatum irrepſiſſe.
nam pyride & corona accepta, vt tenebræ e-
rant,
aiens à ſponſa ſe qui aues portaret,
venire, irruens cœnauit.

Inuito Martē Victoriáque vt ad me ingrediātur. A
voco etiamChærephontem.nam nisi vocauero,
inuocatus veniet.
Veruntamen villum admodum
acidum erat & malum,vt me puderet.
nam reliqua acetosas prædia
ficus ferunt:meum etiam vineas.

PHILEMONIS. B

Probæ matronæ est,Nicostrata,
viro superiorem non esse,sed obedientem.
ac mulier exuperans maritum,malū est magnū.
Ignotus quispiā est homo,beatus eris nihilominus.
obijt mortem aliquis,ne molestum id tibi sit.
peperit quædam,non peperit,nihil graue sit.
infortunatus est quisquā,tussit quis, plorat quis, C
natura hæc omnia fert:fuge mœrores.
Agricola semper insequenti anno diues est.
Diuitiæ semper multas calamitates habent,
inuidiam,contumeliam,& odium multum,
multáque negocia,& molestias innumeras,
actiones multas,victúsque comparationes.
deinde postea illico mortuus inuenitur,
facultatibus ad deliciandum alijs relictis. D
vnde paupertas mihi magis placet,
mediocrésque facultates,& non sollicita vita,
& diuitiarum vacatio ac negociorum.
quisquis enim pauper est,magna lucratur mala.
Perpetuum malum est & necessarium,mulier.
At vinum fuit.nemo verò ebrius est,si perpendas,
quin seruus sit potus.

quicquid me vt facerem cogebat,id ego faciebã. A
malum est hoc vinum Nicophon.
Vir iustus est,non qui non facit iniuriam,
sed quisquis facere potest,& non vult:
neque qui ab accipiendis paruis abstinuit,
sed qui forti animo magna non accipit
cùm habere possit,& obtinere impune:
nec quisquis hæc omnia venatur,
sed quicunque syncero & candido ingenio, B
esse iustus,quàm videri mauult.
Homo cum sis facile admonere
possis:at vt id ipse facias,non item facile.
Homo es:vtique non est,ne vnus quidem,
cui mali quidpiam non euenerit, aut euentu-
rum sit.
qui autem minimum facit quod euenit,
pariter is est fortunatus & sapit. C
Homo cum sis,id teneas, & semper memineris.
Omne malum est vinum semper, quod multũ est.
ebrius eram: satis est prætextus ad peccandum.
Oratióne est ægrotantibus vtilis?
vt splenium accommodatè vlceri impositum,
inflammationem reprimit,ita & oratio.
Si quæ habemus,ijs ne vtimur quidem:
quæ verò non habemus,quærimus:illis fortunę, D
his nostra culpa priuabimur.
Velis in primis parentes in honore habere.
Ager hominibus possessio iustissima est.
quorum enim indiget natura,accurate profert,
triticum,oleum,vinum,caricas,mel:
argentaria vasa,purpuráque
tragicis apte,non vitæ conueniunt.

Vehementer equidem doleo A
de rebus præſentibus: at in ipſo dolore, ſapio.
id eſt quod me conſeruat, & hominem facit.
Agrum vice medici habens, acceſſeram.
is enim me quaſi ægrotantem alit,
cibaria proferens exigua, viníque quantum
oleribus odorẽ dare poſsit, &, ita me Iupp. amet.
ſaxatilia iſta opſonariolia, capparin,
thymum, aſparagum: ac iſta ipſa vere- B
or ne nimis attenuatum me mortuum reddant.
Adeſſe oportebat, Parmeno, tibicinã aliquam, aut
nablam quandam. quid verò nablas ſit
neſcis tu attonite? Ita me deus amet, neſcio quid
Neſcis nablam? hactenus bonũ non noſti (ais.
tu quidem, neque ſambyciſtrian.
Ex laborandi ſtudio aſſequaris quæ velis.
Meus enim eſt dominus vnus vir: C
horũ autẽ, tua, innumerorũque aliorũ lex domi
aliorũ tyrãnus: tyrannorũ, metus. (na eſt,
ſunt regum ſerui, rex dei,
deus neceſsitatis. atque omnia prorſus, ſi ppẽdas,
aliorum ex nutu pendẽt, ex maiorum minores:
illis hæc ſemper ſeruiant neceſſe eſt.
Quum quis ſibi mente non conſtat,
nihil ei audire, nihil cernere licet. D
Deſeritur homo qui inops eſt.
Peperiſti me mater, ac tibi ſint liberi
emolumento, quemadmodum mereris.
Suauius nihil, nec muſis aptius
eſt, quàm ferre poſſe conuitiantem.
qui enim conuitijs petit, ſi petitus
diſsimularit, conuitia in conuitiantem redũdãt.

Piſcis quiſpiam elixus tibi videbatur:exiguus erat,
audiuiſti, A
muria erat alba,& ſpiſſa ſupra modum,
nec ollam reſipiebat,neque condimenta.
clamabant omnes, quàm bonam muriam facis.
edebant verò & cicadas,& cercopas aperiendi
cauſa
Bona quidē facies:at intus latet trepida mens.
Etiam ſi quis ſeruus ſit,nihilo minus,here,
homo is eſt,ſi homo ſit.
Inſanimus omnes,cùm iraſcimur. B
nam iracundiam cohibere laborioſum eſt.
Multi,here,maiora mala faciunt
per ſe ipſi,quàm natura ſint ſua.
vt mortuus eſt filius,aut mater cuipiam,
aut hercle ex alijs neceſſarijs quidam,
ſiquidē hoc aſſumat,mortuꝰ eſt,quia homo erat,
tantum fit malum,quantum erat:
ſin dicat,nulla mihi vita ſupeſt viuēda, nō āpliꝰ
intuebor, C
perijt,apud ſe quidē ſi quis id reputet:
præter ea mala is alia ſibi colligit mala.
qui verò ratione omnia ſecum reputat,
malum quod eſt aufert,& bonum aſſumit.
Per Iouem maximum,arbitrabar,Soſia,
equidem prius viuere pauperes duntaxat
in mœrore,diuitum autem vitam
hilarem eſſe,& lætitiam ferre: D
nunc verò virorum differre quotidianis
ſumptibus vitam ſolum video:
ac maioribus doloribus premi maiores.
Morbum longe præſtat quàm mœrorem ferre.
Inuidia in ſe id vnum bene facit,

quòd in eius mores concitat & ſtimulat, A
labefactat eum maxime, cũ eo perpetuo verſans.
Philoſophi quærunt, vt audiui,
in hócque temporis multum conſumũt,
quidnã ſit bonum, necdum vllus inuenit
quid ſit. virtutem & prudentiã aiunt, &
magis hæc intricant. proculdubio quid bonũ ſit,
in agro me exercens, terrámque fodiens ego
nunc inueni. pacis quæ ſunt, Iuppiter chariſsime, B
quæ venuſtiſsima & amabilis & humana dea eſt.
nuptias, feſtiuitates, cognatos, liberos, amicos,
diuitias, ſanitatem, annonam, vinum
ipſa confert. hæc omnia ſi deficiant
mortua eſt in commune omnis viuentiũ vita.
Non poteſt here fieri,
quin homo ſis, natus homo. fruſtra itaque vociferaris. C
viuẽs enim neceſſe eſt multa perpetiatur mala.
Non licet verè rationibus fallere, nec habere
opſoniola bona.
Non eſt vobis vlla fortuna deus,
non eſt inquam: ſed ſua ſponte quod fit,
fortuitóque cuique contigit, appellatur fortuna.
Non eſt aut pictor, ita me dij ament,
aut ſtatuarius, qui fingere poſsit D
pulchritudinem talem qualem veritas habet:
nec ſtatuæ affabre factæ vſus eſt,
niſi percepturum quempiam ars nacta ſit.
Neque enim medicus vllus ſi bene perpendas,
ſuos velit bene valere amicos:
neque miles ciuitatem ſine malo cernere.
Adeo cùm in mentem quis metus inciderit,

ne dormiendo quidem egreditur.
Is non modo reperit quomodo colloquamur A
inter nos, ábſentes alij ab alijs longo tempore:
neque quo pacto nunquam quis in poſterum
obliuiſcatur noſtrûm quicquam, ſed aliquid intuens
ex omni tempore geſta cognoſcat: verum etiam
animi medicum, literas reliquit.
Omnia licet inuenire plane, niſi laborem
quis fugiat, qui rebus quærendis inſumendus.
Multa me doces abunde per inuidiam, B
vt audiens multa, ne vnum quidem intelligam.
Multo maius eſt ipſa ægrotatione malum,
quòd ſingulis viciſsim inuiſentibus,
qui male habet, quo modo habeat, dicat oportet,
O qui miles ac non homo es, & qui paſceris
vt victimæ, vt cum occaſio tulerit, immoleris.
Tua verò, Solon, in omnes homines inuenta valēt.
nam aiunt te primum hanc ipſam ſciuiſſe C
rem popularem Iuppiter, & ſalutarem:
ac mihi, dicere hoc etiam licet, congruā, Solon,
cum plenam cernam ciuitatem iunioribus,
hosq́ue habentes neceſſariam naturam,
peccantéſque in quod nòn erat decens:
vt qui vēderet fœminas, p̱ locos ſiſteret,
communes omnibus & paratas.
ſtant nudę, ne quis decipiatur: omnía cerne.
non bene tu teipſum aſſequeris? habens habes. D
quo pacto? fores erunt apertæ:
vnus eſt iactus: inſilito. non eſt ne vnus quidem
tergiuerſandi loc⁹, nequenugādi. nec coegerit:
ſed ſtatim vt vis, longam velis conſuetudinem.

exijſti,malum luctum precare:aliena quid ad te? A
Syra,Syra. Quid eſt? Quomodo te nobis habes?
cum ſenem quempiam aut anum aliquã videris,
ilico ſcias,quòd male ſe habeat.
Argumento ſint medici,quos ego noui
de continẽtia apud ægrotos perquam belle
omnes verba facere,deinde ſi ceciderint in morbum aliquem,
ipſos omnia facere,quæ pridem non ſinebant B
alios: ac tum pariter dolere licet & ſpeculari.
Quid emolumenti in vita eſt ei cui viuendi ratio
Quidnã eſt quãobrẽ me videre cupit? (ignota eſt?
an quẽadmodũ ęgrotãtes,vehemẽti dolore agi-
medicũ ſi viderint,nõ amplius dolent: (tati
ita cùm quis in mœrorem inciderit,
minus angitur,amicum ſi præſentem viderit?
Quid eſt hic? Medicus. Quàm male eſt C
cuique medico,ſi nemini male ſit.
ſoli medico id & cauſidico
licet,occidere quidem,non autem emori.
Illud,Noſce teipſum,nõ fruſtra,certus ſis,
verbum eſt apud Delphos celebratum.
Talis eſt humana vita,mulier:
lætamur minus quàm angimur.
Solus ſi quis ſit, eum mala quoque fortuna nutrit. D
Eum qui nihil eorum quę dicenda ſunt,dicit,
longũ exiſtimato,etiãſi duas ſyllabas tãtũ dixe-
qui verò bene dicit,ne longũ eſſe cenſeto, (rit:
ne ſiquidẽ valde multa & diu verba fecerit.
in cuius rei argumentum Homerum ſume.
is enim nobis verſuum aliquot milia ſcripſit.
verùm nemo Homerum longum dixit.

Iusti enim cùm apud mortales,tum apud deos, A
immortalis semper gloria permanet dunta-
xat.
Quàm libenter mihi redeũt in memoriam priora
mala:
nisi tunc laborassem,nunc non oblectarem me.
Cleon,desine nugari:si discere te pigeat,
ope destitutam vitam tuam imprudens reddes.
nisi enim naufragus gradiendo terram appre- B
hendat,
nunquam se saluum & incolumem videat:neque
qui pauper est
nisi didicerit artem,tutò vitam suam tueri pos-
sit.
Verum nobis sunt pecuniæ.At quę citissime per-
duntur.
Possessiones,domus.At fortunæ mutationes nõ C
ignoras:
siquidem ex diuite pauperem in crastinum fa-
cit:
ac nostrûm si quis ad fortunæ portum appu-
lerit,
acceptam anchoram securitatis causa iecerit:
sin agitatus insanum ventum concipiat,
ad senectutem inopiæ non habet leuamen. D
At sodales & amici & familiares per Iouem ti-
bi sunt:
gratiam conferent.Precare quæso,ne periculum
facias amicorum:
alioqui,te nihil aliud quàm vmbram esse intel-
liges.

O beatissimas omnes & felicissimas A
beluas, quibus harum rerũ nulla ratio habetur,
nec quicquam earum in reprehensionem cadit,
nec huiusmodi aliud quicquam eis est malum
aliunde ascitũ: sed quã quæque naturã attulerit,
eam statim habet quoque vice legis.
nos autẽ indignã vita vitam viuimus homines:
inuentis legibus, opinionibus seruimus.
maioribus ac posteris euitari nequit B
malum: sed occasionẽ semper aliquã reperimus.
Quantũ desiderium subijt mihi terręque cœlóque
memorare, aduenienti vt opsonium apparaui.
amet ita me Minerua, suaue est felicẽ esse
in omnibus. quàm mollis & delicatus mihi piscis
factus est:
qualem apponebat: non infectum
casei particulis, nec superiori parte defloratum: C
sed quális erat viuus, talis quoque assatus erat.
ita mollem dedi & lentum ignem:
assatum piscem ne credidero quidem.
perinde erat ac cum auis corripuisset
ad deuorãdũ. maiori quodã ambitu circũcurrit,
obseruans vt deuoret: circum autem festinauit
altera persequens istam: idem erat.
voluptatem primus eorum cum intellexisset, D
in patinam insilijt, & aufugit in orbem
patinam tenẽs: alij verò pedibus persequebãtur.
lugere succurrebat: illi rapuerant: quid enim?
hi nihil, illi omnia assumpserunt,
pisces è penuario promptos edentes, cœnum.
quòd si accepissem dudum scarum, aut ex Attica
glauciscũ, Iuppiter seruator: aut ex Argo caprũ,

aut ex chara Sicyone,quem dijs A
offert Neptunus congrum,in cœlo
omnes qui edissent,facti dij essent.
immortalitatem inueni.iam enim mortuos,
cum olfecerint,facio vt reuiuiscant.
Vt Seleucus huc misit tigrin,
quã vidimus nos:oportebat quoque vt Seleuco
nos à nobis mitteremus bestiam (vicissim
trigeranam.non enim illic ea nascitur. B
Quisquis pauper cùm sit,viuit,abuti vita vult.
inopia enim ad mala facienda prompta est.

POSIDIPPI.

Notos arte mihi comparaui
multos:moribus plurimos amicos.
Cum sis coquus,existi foras, C
incœnatus?erant ne igitur Aphisea?
In foro facio opus.
conduxit enim me socius quidam notus.
Ego assumpto mecum coquo,audiui
coquorum omnia singulatim mala.
artem alij aliis inuidentes aiebamus,non habet
ad opsonium Creticam narem:iste os
peruersum:ille linguam ad indecoras D
cupedias,nonnullaque condimenta,
sale gaudet,aceto,fragmentis placentarum, insuper vstionibus:
fumum non fert,nec ignem.ferens autẽ ex igne
ad machæras veneram:quorum vnus hic
per machæras ignis profectus est.
Operosum est mœrorem effugere:ac dies omnis

ſemper aliquid curæ adfert nouæ. A
Priuatim magnus eſt
eis Seuthes,certus ſis optime:quia
à bono nihil mihi videtur imperatore differre.
hoſtes adſunt,profundus natura
imperator adſiſtit,& rem excipit.
hoſtis eſt ſcilicet compotans turba.
bibit enim confertim hic.ingreſſus eſt
à quindecim diebus vſque ſperans & expectans B
cœnam,impetu plenus,viribus defectus:
obſeruans quãdo quis ad manus ferat.intelligas
eiuſmodi turbæ dorſi ſpinam conglobatam.
Qui non nauigauit,nihil mali vidit.
ſingulari prelio pugnantibus ſumus miſeriores.
Diſcipule Leucon,vóſque mei vnà miniſtri
(omnis enim commodus & proprius locus eſt
artis ergo ſalire)quodnam condimentorũ C
omnium optimum eſt in arte coquinaria?
Arrogantia.in vniuerſum autem,artium
quicquã habentẽ cernes hãc ducẽ ſibi cõparaſſe.
viã hæc ſternit ac præit,quiuis thoracẽ habeat
ſquamatum,aut draconem ferreum,
videatur Briareus:ſi res ita verò ferat, lepus eſt.
coquus ſi ſubſeruientes miniſtros habens
ad priuatum & tyrones ingrediatur, D
cumini ſectores,omnem ſimul famem probè
illiquefaciat quiſque ſtatim:ſin veracem
te præſtes,& ad cutim vſque exectus abeas.
quod igitur præcipiebam,inanitati locum cede,
& inuitatorum ora fac cognoſcas.
vt enim ad emporia,quod artis extremum
eſt,ad os recte proſilias.

ministramus nunc nuptijs:victima bos sit: A
qui dat illustris est,illustris qui accipit:
horum mulieres sacræ deæ sunt deæ,
corybantes,tibiæ,pernoctationes,reuersio.
hippodromus & stadium hoc tibi est coquinæ.
memento horum tu quoque.

Ita multiplex est versatiléque malum,mœror.

Hæc quidem certe talia sunt:accidit autem quid
nunc mihi ministranti apud herum B
vrbanum:non deprehendar carnem extulisse.

Torquem omnes,vt apparuit,non me
salutabant. ne vnus quidem nunc mihi verbũ loquitur.

Rerum quas à dijs homines consequi precantur,
immortalitate nullam meliorem precantur.

Phryne longe nobilissima extitit ante nos
meretricum:etenim an iunior C
ijs temporibus esset,certamen audisti:
quæ vitas lædere maioribus damnis videbatur,
Heliæam de corpore cepit,
animum vix incolumem seruauit.

EPICHARMI.

Meditatio & cura
plura quàm bona natura largitur amicis. D

Manus verò manum lauat.

Tranquillitas animi chara est,mulier,
& temperantiæ proxima est.

Ne paruis de rebus
ipse te demonstres irascentem.

Nihil terræ inclytæ mulierè grauius accidit.
expertus scio:beatus qui nescit.

Non est vllus designatus locus, A
qui aut malos omnes, aut probos procreet.
Suffocor cum nobilitatem qui nihili est, maledictis
vexat quispiam, cùm moribus degener ipse sit.
quid enim commercij speculo cum cœco?
Mercede laborum idoneorum
vendunt nobis omnia bona dij. B
Primum quidem, si comedenté videres eum, emorereris.
fremunt intus fauces, resonat maxilla,
strepit dens molaris, tumultuatur caninus:
stridet naribus, mouet auriculas.
Tua enim patria laboribus crescit & amplificatur: C
ociosæ verò ciuitates in tenebris iacent,
& tenebras vident formidolosæ.
Quis vitio
vertat, cùm mihi fiat amicus inuidiosus.
vir enim nullus est cui non inuideatur.
cœcum quis cernens miseratur: nemo inuidet.
Vxoré ducere perinde est, atque tres seniones, aut tres talos D
fortuito iecisse. nam si nactus fueris compositam
moribus, & alioqui nullam molestiam exhibentem, nuptijs beatus eris:
sin & vagam, & loquacem, & sumptuosam,
non vxorem habebis, sed per totam vitam miseriam exornatam.

PHILIPPIDIS. A

Deformem vxorem duxiſti, at diuitem:
dormias iniucundè, iucunde mandens.
Miſeret me certè vniuerſorum,
cùm inopes quidem homines cerno
liberales: maſtigias verò in argentea
lance minam pendente, iuſculum nonnunquam
duobus obolis edentes, aut tribus,
& capparin æreis tribus, in catino B
pendente quinquaginta drachmas argenteo:
ac prius licebat phialam ſuſpenſam videre:
operoſum ſcilicet hoc quidem etiamnum eſt.
nam ſi quis dedicarit, ſtatim alius ſurripuerit.
Tibi auctor erã, ne duceres vxorẽ, ſed iucunde vi-
Platonis dictum bonũ eſt hoc, Phidyle, (ueres.
non eſſe ducendam vxorẽ, neque fortunæ
ſe per multa opponere negocia. C
Deinde poſtea omnia, venit qui teſtes adferebat
multos. ac omnia quidem, ô mulier, reliqua vi-
lipendebat:
voce verò virum referens Gnathæna, riſu edito,
Præclari ſanè, inquit, renes, ita me chara
Ceres amet: ac duos correptos deuorauit:
ex quo omnes præ riſu ſupini conciderunt.
Tempus medicus communis te ſanabit. D
Cùm tibi contigerint, here, res aduerſæ,
Euripidis memor ſis, túque facilius feres.
non eſt quiſquam qui ſit ex omni parte beatus:
te verò de multis vnum eſſe cenſeto.
Non licet hoc tẽpore dicẽtẽ, ebrius factus ſũ, pater,
peccaui, apud te me veniam impetrare?
Nã qui p vĩ aduersũ imbecillũ, Pãphile, quippiã

aggreditur,iniuriæ,nō errato videtur obnoxius. A

SOTADIS.

Bonus,
bene natus & iuſtus,fortunatus quiſquis fuerit,in uidiæ capiat
partem neceſſe eſt,in reprehēſionem cadat oportet.diues quiſpiam eſt valde:at perturbatio excipit B
eū:pius eſt aliquis,paupertatem id ei confert:magnus
eſt quiſpiam artifex,infortunatus is fiet.etſi vel
maxime quis iuſtus iudex exiſtat, is natura victus,
iniquus dicatur oportet.diues aliquis eſt,magnā ruinam formidat. C
fortis eſt,morbum experiri reueretur:per diem
vnū,vacatio à moleſtia,magnum eſt lucrum.
quid enim omnino ſumus?aut cuiate
de materia cōfecti ſumus?coniectare apud teipſum,cum viuendi ritum reputaris,
vnde ſis natus,& quis ſis,& quis denuo fias.
Nam cum ipſe mundus ſit omnium parens,& omnia procreet, D
non recte dijudicat
ſingulorum hominū negocia.etenim per terrā mala ſemper naſci ſolent:&
magnis malis oblectatur mūd⁹.omnes quotquot egregium quid voluerunt
reperire,aut machinalem fabricam,aut ſapientē doctrinam,ij malam ad
mortem tandem adacti ſunt,à genitore mundo

at qualia comminiſcuntur in ipſa re, A
qui non deponunt argentum. quàm valde
Philippus erat felix: quibuſdam per Iouem.

Hactenus arbitrabar Gorgonas
eſſe quoddam commentum: at in forum cùm
accedo, ſtatim mihi pſuasũ eſt. intuẽs enim in ip
ſos piſcarios, lapideus ſtatim fio:
vt neceſſario mihi auerſato fuerint
ipſi alloquendi. ſi enim ſentiam quantuluncũque B
piſcem quanti æſtiment, concreſco plane.

Scilicet aut eſt, aut eſſe poſsit ars iucundior,
aut prouentus alius, quàm adulandi induſtria?
pictor labores duros & amaros tolerat:
agricola rurſum in quantis periculis verſatur?
omnibus præſto eſt ſolicitudo & labor:
nobis verò cum riſu & delicijs vita tranſigitur.
non enim maximum opus eſt iocari,
dulcè ridere, cauillari cũ aliquo, ebibere multũ: C
non ſuaue? mihi quidem: ac poſt diuitias ſecundum locum tenet.

Scilicet valde ſapientes Scythæ non ſunt?
qui liberis ſtatim atque nati ſunt,
equarum & vaccarum lac porrigunt:
nequaquam per Iouem mammas inuidas inducunt,
& rurſum pædagogos. D
iſtæ autem exuperant, per Iouem, poſt
eos qui male metiẽdo & prẹſtigijs imponũt. lõge
enim genus id eſt ſceleſtiſsimum, niſi per Iouem
piſcarios quis dicere velit.
aut certe poſt numularios. gens
enim nulla eſt ea perniciosior.

In terra pauperē esse præstat, q̄ diuitem nauigare. A

Nouus aliquis conatus, etiamsi temerarius sit,
multis veteribus vtilior est.

In Cypro ais, mihi dic, degistis
multum temporis? Semper, quoad bellum fuit.
Quo in loco maxime? eloquere enim. In Papho,
vbi rem elegantem eximie videre licuit,
alioqui certe incredibilē. Qualem? Vētilabatur
à columbis, ab alióque nullo, B
cœnans rex. Quo pacto? relictis enim reb⁹ meis,
hoc te rogabo. Quo pacto? vngebatur
ex Syria delato tali vnguento
carpi sane densi, quem aiunt à columbis
rodi, ac huius odoris causâ volantes
aderant, feréque insederant
capiti: pueri verò assidentes
abigebant: quę paulū se attollentes, vt nō multū C
nec illinc, nec illuc omnino abirent,
ita ventilabant, vt moderatus
ei flatus non admodum asper redderetur.

Ex Helide coquus, ex Argo lebes,
Phliasium vinum, ex Corintho stragula,
piscis è Sicyone, ex AEgio tibicinæ,
caseus Siculus, vnguentum ex Athenis, anguillæ
Bœotiæ. D

Nam quoniam mori necesse est,
gratis mori, manifestum est damnum.

Quandoquidem hoc non est, valde miser est,
qui duxit vxorem, præterquam apud Scythas.
illic enim vitis non oritur.

Pecunias intuitus mercator, superbit,
quarum omnium nōnunquā est vētus dominus.

Adeſt enim opſonium bonum, valde alliciens, A
vinumque Thaſium, & vnguentum, & coronæ.
nam in ſatietate Venus: at non in infortu-
natis hominibus conſiſtit.

Eſt natura fœminea, infantes ſeruans ſub ſinibus
ſuis: qui muti vocem claram ſiſtunt,
tumorem trans marinum ac per omnẽ cõtinẽtẽ,
quib⁹ mortalib⁹ volũt: præſẽtibus verò nõ audi-
licet, ſed audiendi ſenſu captis. (re B

Hæc quiſpiam diſſoluens ait,
Natura quam dicis, ciuitas eſt:
infantes in ſe nutrit oratores.
hi vociferantes tranſmarinos
tum ex Aſia, tum è Thracia quæſtus
huc attrahunt: prope verò depaſcentes
ipſos aſsidet, conuitiantéſque ſemper
populus, nihil nec audiens, nec videns. C
Quo enim pacto fiat, pater,
vt orator ſit mut⁹, niſi alteri ter ſit trãſgreſsionis
Et tamẽ accuratè cenſebã me (legũ obnoxi⁹?
rem intellexiſſe. quam tu dicito.
Fœminea eſt igitur natura, epiſtola,
infantes in ſe circunfert literas:
quæ mutæ cùm ſint, peregre profectis loquũtur,
quibus volunt. alius etiam ſi forte propinquus D
adſtiterit, legentem non audiet.

Aduenio ſumptuoſe ad nuptias rebus emptis:
thurem obolo, dijs deabúſque
omnibus: heroibus, libis ad litandum:
nobis autem mortalibus gobios coemi.

Ac alioqui ingenioſos aiunt AEgyptios
eſſe, cenſeréque dijs parem anguillam.

est enim longe dijs preciosior. A
horũ enim cõpotib⁹ nobis precãtibus esse licet:
illarum verò drachmas minimùm duodecim,
aut plus insumentibus odorari duntaxat.
ita sancta est omnino bestia.
Potius est probum pauperem esse,q̃ malũ diuitem.
Illud enim misericordiã,hoc reprehẽsionẽ adfert.
Carnes cuius suauissimas quis edat?Cuius?
ad frugalitatem,ouium,quibus insint B
neque lanæ,neque agni caseus,amicissime:
caprini generis eodẽ modo, quæ nõ caseũ confi-
Occultare,Phidia, (ciũt.
omnia alia quis possit,præter duo,
aut cum vinum bibit,aut in amorem incidit.
vtrunque enim patefit ex aspectu,
& ex oratione:vt qui negarint
maxime hæc,palam se multis prodant. C
Mœrorem quoque hominibus adfert mala vita:
perinde ac hi duo laboriosi pictores,colores
primum abolentibus ex corpore.
Macareus amore sororum vnius
ictus,tantisper suam calamitatem cohibuit,
séque continuit:deinde aliquãdo assumpto
vino duce,quod solum mortalibus pertrahit
audaciam,vt consilij prudentiam anteuertat, D
noctu surgens potitus est eorum quæ auebat.
Beata vita,cui mihi semper aliquid noui suppeditandum
est,vt quod maxillis mandam, habeam.
Ne coloribus corpus splendidis ornare velis,
sed pectus synceris factis,& moribus.
At herus omnia patrimonia

intercepit,vt cepit:charum fuisset A
verbum hoc recipienti Demosthheni.
Menelaus pugnauit annos decem
cum Troianis propter mulierẽ facie pulchram:
ita Phœnicides cum Taurea propter anguillam.
Opulentia tegumentum est malorum,
mater:inopia res est perspicua & abiecta.
Quisquis homo
vitam pecunijs muniri censet vllo modo,
plurimũ errat.aut enĩ vectigal quoddã rapuerit, B
quæ intus sunt omnia:aut multa quis damnatus
perdiderit:
aut exercitui præfectus expenderit:choragúsque
delectus,
vestibus & aureis monilibus choro suppeditan-
dis,detritam vestem ferat.
aut triremibus præfectus stranguletur, aut na-
uigans alicubi capiatur: C
vel iter faciẽs,vel dormiẽs,discerpatur à famulis.
nihil prorsus stabile est,præter q̃ si quis quotidie
in seipsum forte lubenter insumpserit:
neque sane id valde tutũ est.etenim mẽsã rapiat
appositam quis accedens:at cũ immissum cibum
iam intra dentes diuulseris,
id in tuto solum ex ijs quæ habes existimato.
Quisquis erubescit adhuc in tam grandi ætate
suos parentes,non est malus. D
nam qui dissentaneum quid patri molitur,
omnium is est contemptor deorum.
superiorẽ enim se gerere patre,dedecus adfert:
victo autem victoriæ gloria paratur.
Quisquis artem monstrauit primus deorum,

is maximum reperit hominibus malum.
cum enim est quispiam inops, siquidē deses erat,
progressus vno die venit in periculum,
vt aut splendidus euadat, aut mortem obeat:
nos verò quibus est ars arrhabo
viuendi, semper esurimus dum speramus:
ac exiguo cum inopes esse liceret tempore,
per totam vitam id agere studemus.

Non graue est, si forte fortuna recentes
vendat quis pisces, contrahentem supercilia
eum, truculentéque intuētem nos alloqui?
sin putidos, illudere affatim & ridere.
omnino enim contrà facerent ij oportuit:
ille quidem rideret, alter verò longùm lugeret.

Nemo carne præsente, cepa vescitur,
ne ij quidem qui pythagoricos simulant.

Nemo patrimonia senex deglutiuit:
sed neque stulte desipuit, neque redemit
scortillum, neque ianuarū effractarū pœnas luit.
ita senectus temperata cum sit, beata est.

Non est vllum grauius onus
profecto, quàm mulier dotem adferens.

Non est vlla bestia piscibus
miserior. quasi enim non satis sit emori
captis, deinde deuoratis,
vt statim sepeliantur, traditi miserì
piscarijs, qui male pereant,
putrescunt, dū vetustate rancidi duos dies iacēt,
aut tres. vixque tandem si cœcum emptorem
nacti fuerint, dant mortuorum internecionem:
quos hic exportatos domum, eijcit
naribus odorem expertus.

Nullus vnquam

here,mortem obijt,cui obijsse lubeat: A
at viuere desiderantes,crure detrudit
inuitos Charon:ádque locum diuinum ducit
epulantes,& abunde omnibus fruentes.
pestis verò pharmacum est immortalitatis.
Neque enim sobrius oportet
vsquã,pater,debacchetur:nequecũ bibẽdũ fuerit,
mẽtem habeat: quisquis autem magnificè supra
hominem de se sentit,
exigua confisus eáque misera numatione, B
in secessũ profectus,similẽ se omnibus dephẽdet,
si medicorum signa vitæ consideret,
venas,quo ferantur,supernas & infernas,
quibus mortalium vniuersa vita gubernatur.
Oculorum lippitudine vehemẽter laborãs homo,
mala
saneq̃ multa patiens,vnico bono gaudet.
quòd per id temporis mulierem non videt. C
Lugendi verò moderatè cognati & affines amici.
non enim mortui sunt,sed eandem viam,
quæ omnibus necessario ineunda est,
præierunt:ac deinceps nos postea,
in idem diuersorium cum ipsis veniemus,
communiter aliam vna cum ipsis acturi vitam.
Pauperies enim est morum magistra.
Longe sanè est supra poetas omnes eximius
Philoxenus.primum enim nominibus D
proprijs & communibus vtitur vbique.
deinde modorũ & cantuũ variationibus & chro
matis
vt probe deus in hominibus temperauit,erat
peritus ille,& verè musicam tenebat.

qui verò nunc sunt poetæ, hederaceos ,& fontanos,& A
floridos cantus ac numeros,vanis nominibus
implicantes edunt,alienos modos.
Vtrum cùm dicturus sum ollam,dicam
torni purgamento fabrefactum, & corporicauũ fundum,
ex tellure fictum,in alieno matris assatum tecto:
an nouelli verò gregis in se coagula lactinutria, B
subiugicorpora irretientem?Dij boni.
scilicet enecabis me.si mihi notis verbis
& plane dicas carnium ollam,bene dices.
Flauæ apis cum laticibus commixtum , mutientium
caprarum defluentem grumum,insidentem
lato segestri sanctæ virginis Cereris puellæ,
tenuiter composita , deliciantia innumeris tegumentis. C
an apertò placentam dicam tibi?Placentam volo.
Dionysiaci sudoré fontis,vinum vno verbo dic mihi.
scaturigine verò Phæandra hic omissa , dic aquam:
casiopo autem aura per aerem planum , smyrnã dicito D
longam:neque aliud quicquam tale,neque item rursum
quicquid enuncies,id lõgius dicas quàm res sit,
vt loquuntur quidam:

ipsum

ipsũ nihil, quæ id circũstãt alia crebra cõtrahẽda. A
Nam ad senectutem tanquam ad ergastulum
omnia humana confluunt mala.
Primum quidem quasi pythagorissans edit
animatum nihil, sed è plurima boli
polenta atram particulam capiens decorticat.
Quomodo cum sorore Athenas huc
peruenerim? ductus à quodam mercatore.
Syrus erat genere, ac in nos inciderat, B
& auctione fenerator minutulus emerat,
homo incredibilis malitiæ:
talis qui nihil domum
ne eorũ quidem quę Pythagoras ille comedebat
ter beatus, adferret, præter cepam.
Continuo enim homo qui impletur, ignauus & negligens
fiat: paulum bibens, perdiligens & sedulus. C
Valde similis est vita nostra vino:
cum paulum reliquum est, acescit.
Fortunę incómoda ferat oportet leniter placidus:
infortunium ad omnes pertinere mihi videtur:
ad virum verò, infortunium ex rectis moribus.
Curæ & diligentiæ serua omnia fiunt.
Quid ais? quærens vt quid lateat, mulieri tu
rem renunciabis? & quid aliud est hoc, D
quã præconibus forensibus omnibus enarrasse?
Quis verò mortis mercenarius nõ est, charissima,
qui caussa viuendi veniat moriturus?
Qui enim nostrûm nouit, quid passurus est
deorum fato, amicorum quisquam? itaque acceptos
hos duos fungos iligneos torreto.

Senectus est quasi ara malorum. A
eô enim omnia confugentia cernere licet.
Quid?non vides gesticulantem
manibus Bacelum?nec erubescit,
qui Heraclitum omnibus explicat,
qui Theodectis solus artem reperit,
qui capita conscribit Euripidi?
Cœna est polenta vallata,
paleis leuiter exarmata: B
& bulbus vnus,& paropsides quædam,
sonch⁹ quispiã,aut fungus aliquis, aut talia quæ
largitur nobis locus misera miseris.
talis vita febrilis non est,pituitam non habet.
Te autem,
quæso, viuere quid est?si bibas,censeo.
vides enim iuxta fluenta hyberna quot
arbores semper noctéque diéque C
rigentur : magnitudine & pulchritudine quales
oriantur.
quæ verò contra nituntur,scilicet sitim quandã
aut ariditaté habétes,radicit⁹ sua spõte pereũt.
ita colloquentibus datum est quod biberent.
Hoc tyrannidem exercere est,aut
quidnam,studia sequi?(contentio
in Lycio est inter Sophistas)an qui D
minute,ieiune,inutiliter dicat,quòd
res hæc non est,si fit.
neque est enim factum quod fit:
neque si prius erat,est quod nunc fit.
est enim nõ ens nihil:quod verò nõdũ factũ est,
nõ est vt factũ est,sed quod nondum factum est.
ex esse enim factum est:si autem non erat,vnde?

quomodo factum est ex non ente? non enim fie- A
ri potest.
si autem à seipso alicubi factũ est, nõ erit rursus
non ens. in non ens enim non poterit.
hęc verò quid velit, ne Apollo quidẽ intellexerit.
Mores quidem nosti meos,
fastus nihil inest: sed amicis
talis equidem sum: si verberer, ignitum ferrum:
si verberẽ, tonitru: ad excœcandũ quẽpiã, fulgur: B
ad elatum quempiam portandum, ventus: ad suf
focandum, laqueus:
ad effringẽdas fores, terræmotus: ad insiliendũ,
locusta:
in cœna, inuocata musca: nõ egrediẽdo, puteus:
ad imperandum, trucidandum, testificandum,
quencunque solùm
vt res tulerit, dicat quis, ad hęc sine cũctatiõe fa- C
omnia: atque me iuniores appellant (cienda
ob hæc omnia, Fulmen: at nihil curæ sunt
cauillæ mihi. amicorum enim amicus,
factis vtilis, non verbis sum duntaxat.
Pauonum vt
quis iugum semel attulit vnicum, rara
res erat: nunc coturnicibus frequentiores sunt.
at bonum virum si quęrens quis vnicum viderit, D
ex eo malos quinque filios natos cernet.
Absurdúmque promulgant in piscibus
pręconiũ, quo etiã nũc quis magnũ exclamauit,
melle dulciores se bembradas, inquiẽs, habere:
ita si res habet, nihil prohibet,
quin mellarij quoque dicant, vociferentúrque
bembradibus putidius se mel vendere.

Cuius enim alterius rei, per deos queſo, gratia quis A
precetur, diues eſſe abundaréque pecunijs,
quàm vt poſsit opitulari ſuis amicis,
ac ſerere fructum deorum gratiæ ſuauiſsimæ?
nam bibendi & edendi voluptates
habemus ſimiles: non verò ſplendidis
epulis eſuries ſedatur.
Hunc autem
propter vinolentiam & corporis craſsitudinem B
vtrem appellant omnes indigenæ.
AEqui mores, precioſiſsima eſt poſseſsio.
Agedum progrediatur vita vlterius,
& nuptiarum ac vxoris cupiditate teneatur: hic
ille dies, hæc illa nox, nouæ fortunæ initium
nouæque ſortis eſt.
magnũ enim certamen nuptiæ homini adferũt.
ſi enim minus idonea contigerit vxor C
tibi data, quo pacto calamitate vſurꝰ es? difficiles
quidem repudiationes ſunt:
ex amicisque inimicos facere, qui idẽ ſentiebãt,
idem ſpirabant,
eum qui te hoc honore donauit, & te qui donatꝰ
es. graue verò
cũ cẽſeas tibi voluptatẽ allaturã, ſi mœrorẽ adfe
rentem ſentias. age dum ne denuo D
bilem mouentia dicamus: dicantur quæ ſunt
omnium commodiſsima:
quid enim iucundius homini muliere grata?
quidnam dul-
cius præfertim iuueni? at in eodem ipſo in quo
incũditas ineſt, prope ſane & moleſtia preſto eſt.
voluptates enim

non ipsæ solæ ingrediuntur, sed earum comites sunt A
dolores & labores. cùm & in Olympijs & Pythijs victoriæ,
& eiusmodi certamina, sapientiæ, omnésque voluptates,
ex magnis molestijs parētur. nā honores, pmia,
illecebræ, quas deus hominib⁹ dedit, ad magnos labores & B
sudores necessario cōpellūt. ego enim, si mihi accederet
alterum corpus tale, quale sum ego, mihi sic viuere nequirem,
mihi multa negocia exhibens, tū pro valetudine
corporis, tum pro quotidiano victu colligendo,
& pro gloria & tēperantia, & nominis celebritate & bona C
existimatione. quid igitur si mihi accedat corpus alterum tale,
quod mihi perinde sit accurādum? Igitur cōstat mulierem marito, si vel
sit ex animi sententia, nihilo minores beneuolētias exhibere,
& molestias, quàm sibi quenque, tū propter valetudinē duorum D
corporum, tum pro victu colligendo, próque
tēperātia, & bona fama. age verò, nascātur & libe
curis iam omnia plena, & eijcitur iuuenilis (ri,
vigor ex animo, & nō iā idē qui fuit vultus est.
O senectus, quàm omnibus hominibus es
optata, quàm beata censeris: deinde cum ades,
molesta, quàm misera: de téque bene dicit

nemo,ſed male quiuis,qui ſapienter loquitur. A
O ſenectus,quàm omnibus te quærentibus
rei vituperandæ præbes occaſiones.
Quàm eſt infortuniorum extremũ, vxorẽ ducere.

PHERECRATIS.

In primis nullus B
vnquam vidit coquam,
aut piſcariam.cuique generi enim
artium officia conuenientia ſint oportet.
Deinde finxit viris pocula
lata,parietes nõ habẽtia, ſed ipſum dũtaxat ſolũ,
quæ neque prædita erant concha guſtatorijs re-
ſpondente: C
ſed,vt aiunt,fœminis profundos calices,quaſi o-
neraria nauigia,
vinolẽtos,rotundos,tenues, in medio vẽtrioſos,
nõ inconſideratè,ſed ex lõgo ꝓſpectu cõparatos
ipſos,vt ſine modo & ratione plurimum vinum
ebibatur.
deinde cũ eis vitioſũ obijcim⁹,quòd vinũ bibãt,
conuitiantur,ac iurant ſe non ebibere præter v- D
nicum poculum:
hoc vnum verò præſtantius eſt mille poculis.
Tunc enim neque manes erat,neque ſacis vlli
ſeru⁹, ſed ipſis omnia in eadẽ domo elaborãda e-
deinde etiã diluculo mane cibos capiebãt, (rãt:
vt pagus,ipſis molas attingentibus,ſuccineret.
Diuitijs erant illa omnia referta
in omnibus bonis quouis modo confecta:
fluuij quidem pulte iuréque nigro pleni,

per angiportus murmurantes effluebant: A
cum ipsis canicis & nastorum delicijs:
vt facile portarent hæc sua sponte orta cibaria,
percipienda pinguiter, ad mortuorum guttura:
pulpamenta quoque, & feruescentia tucetorũ
segmenta
ad fluuiorum ripas calentia pro ostreis hære-
bant:
atque etiam aderant frusta quidem piscium as- B
sata,
condimentis varijs gnauiter apparata,
scelides quoque cruribus integris è ꝓpinquo mol
lissimæ
sup quadris minutis, & decocta mẽbra extrema,
suauissimum nidorem reddentia, & bouilla in-
testina,
& latera porculorum deflorata. C
delicatissima adposita erant super amylis plana:
aderat quoque alica lacte diluta
in latioribus peluibus
Hei mihi, vt enecas me, hic adhuc inhærens,
cum liceret cõtinuo in tartarũ deuolutũ natare.
Quid sane dices, reliqua si audias?
assati enim turdi adhuc feruentes, conditi
circum os aduolabant, supplicantes vt deuora- D
rentur,
myrtis & anemonis suffusi.
quæ verò summa est. pendebant è bonis bona,
quæ super capite ex nullo nascentia videbãtur.
puellæ quoque vestimentis tricyphis aptæ,
florentes ætate, & rosas decerpentes,
plenos calices nigri vini odoriferi

infundibulo hauriebant, vt qui vellet biberet. A
& horum singula si quis edisset aut bibisset,
statim deintegro dupla renascebantur.
Quid verò nobis tuis aratris, iugarijs amplius est opus,
falcarijs, ferrarijs, semente, pedamento?
sua enim sponte per triuia fluuij pinguibus condimentis,
iuris nigri, & achillijs perstrepunt:
vt effuse à fontibus diuitiarum fluxuri se exhauriendos præbeant. B
Iuppiter verò pluens vino Icnapia, testis quoque balneas dabit.
déque tectis riui racemorum, cum ametiscis & nasiscis caseo abundantibus,
deriuabuntur, lupini cum fabis & liriopolamphemonis: C
arbores cum ipsis montibus, intestinis, carnibus assis ijsq; hedinis, quasi folijs scaturiet,
& delicatis teuthidijs, turdísque feruentibus.
Agedum accumbam: tu verò mensam adferto
calicémque, & quod edam, vt suauius bibam.
En tibi calix, & mensa, & lentes. D
Ne mihi lentes, quæso per Iouem. non enim mihi placent.
si enim quis comederit, ore male olet.
O senectus quàm es onerosa,
& vbique molesta, non vna solum in re.
quando enim nihil possumus, neque valemus,
tu nos tum temporis prædoces vt recte sapiamus,
frustra me concitasti, qui tantæ sum ætatis,

vt sæpenumero me negocijs inuoluerem. A
ego enim, viri, cum iunior eram,
putabam equidem, at nihil sapiebã: verũ omnia mihi
in manu erant negocia quæ cogitabam:
hoc iam verò tẽpore mihi mẽtẽ senectus inserit.

ANAXANDRIDAE.

B

Si nunc lauemini,
radiculãque multã comedatis, desinetis dolere,
ac grauedinẽ dissipabitis quæ velut nebula nunc
insidet fronti.
Amor præceptor est quàm sophista
ineptus longe præstantior ad hominum vitam.
Nam viri boni senium affabile est.
Auis nuncuparis. Quã ob rẽ te quæso per Vestam? C
vtrum quòd deuorarim patrimonium,
quẽadmodũ prob⁹ Polyeuct⁹? Nõ sane, sed quòd
mas à fœmellis contusus sis.
Quisquis vxorem ducere deliberat, non deliberat
recte: quòd deliberet, itáque ducat.
est enim initium multorum id malorum vitæ.
si enim pauper mulierem pecuniosam
accipiat, dominam, non vxorẽ habet in posterũ, D
cuius seruus est & pauper: sin accipiat
nihil adferentem, idem seruus fit.
oportet enim posthac pro vno duos alat.
at duxit deformem, non iam vita iucunda est,
nec omnino domum ingredi lubet.
at formosam quis accepit: nihilo fit
magis propria mariti, quàm vicinorum:

vt nuſquam malum euitare detur. A

Quiſquis enim ſermonem quaſi depoſitū, accipit,
is certè aut iniquus eſt,aut animi valde impos:
ille lucri cauſa iniuſtus:hic abſque eo
impos animi:pariter verò vtrique mali ſunt.

Non vobiſcum poſſem vna pugnare equidem.
neque enim mores conſentiunt,neque leges
noſtræ,ſed inter ſe longe diſtant.
bouem adoras, ego dijs macto. B
anguillam maximum arbitraris dæmonem,
nos opſoniorum longe maximum.
non veſceris ſuilla,ego delector
ea maxime.canem colis,quem ego verbero,
vbi opſonium ab eo deuoratum deprehendo.
ſacerdotes hic integris membris ſint,lege
ſancitur:apud vos,vt videtur,initiati.
tu felem malis affectum ſi cernas, C
defles:ego libētiſsime interfecto pellē detraho.
apud vos mus valet,apud me minime.
verba fiunt cum AEgyptijs.

Non eſt vſquam,bone vir ſeruorum ciuitas:
ſed fortuna omnia tranſmutat corpora:
multíque nunc ſunt non liberi,
qui in craſtinum ſunij,deinde poſtridie
foro vſi ſunt.gubernaculum enim verſat D
Fortuna dea cuique.

Non eſt ſenectus,vt cenſes,pater,
onerum maximum,ſed quiſquis fert
inconſideratè ipſam,is eſt in cauſa.
is verò facile vt placida ſit nonnunquam facit,
qui commode mores eius excipit,
mœrorem detrahens, & voluptatem adiungens:

mœror autem gignitur,si quis ægrè ferat. A
Quemnam bibendi modum præsc ipseritis,
nunc dicite. Quem bibendi modum
nos?talem qualis tibi videatur.
Vultis igitur ad dextram,pater,
dicere.In bibentis gratiam ad dextram
dicere,Apollo,quasi mortui.
Nam adulari nunc comitatis nomẽ habet.
Pictorum honesta manuum industria B
de tabulis pendens admirationi est:
ipsa verò ab illa gnauiter abripitur,
à sartaginéque statim obscuratur.
digitorum talis est assuefactio,vel
oppressio,vt statim absorberi non
possit
solum deprehensa.coitiones enim facit
opsonijs refertum forum.quis enim conuiuia fre C
quentet mortalium,
fabas si reperiat,aut coracinos venales,
aut nihil?quin speciosus adolescentulus
quibus carminibus aut verbis capitur?
quibus,dic enim,si quis auferat artem
piscatorum?etenim ea domat,
ac assatis piscium aspectibus mancipat,
prandij fores ipsis corporibus subijciens,
sinéque symbolo vt se flectat natura cogit. D
Vos enim alij alios semper irridetis,
certò scio.si enim fuerit quispiam magnificus,
sacras nuptias appellatis:sin pusillus omnino
homuncio,guttam. si splendidus quispiam acces
serit,eiulatus is est:pinguis

obambulat Democles, cupedia
cognominatur. gaudet quis ſqualloribus aut ſor
dibus,
puluis apparuit: à tergo ſequitur aſſentator,
Telember cognominatur: vt plurimum incœna
tus ambulat,
ieiunus Ceſtrinus eſt. ad ſpecioſos ſi quis intuea-
tur,
nouus eſt ſpectaculi auctor: abſtulit agnum lu-
dens,
Atreus vocitatur: ſin arietem,
Phrixus: ſi pelliculam, Iaſon.
Ardua crede mihi, & decliuis, filia,
via eſt, ad patrem domum abire,
relicto marito, ſi quæ eſt honeſta mulier.
curſus enim eſt reciprocus qui dedecus habet.

EVPOLIDIS.

Verùm audite ſpectatores pluribus & intelligite
res. ſtatim enim ad vos primum meam defenſio-
nem eloquar:
cum enim intellexiſtis externos, poetas dicitis ſa
pientes:
ſi verò quis noſtratium, illis nihilo prudentia infe-
rior
incumbat poeſi, valde vobis deſipere videtur,
inſanitque & mente perfluit, vos vt dicitis:
at mihi credite, omnino mutatis moribus,

me inuideatis, cùm quis noſtrum iuuenis muſica A
gaudet.
At viuendi rationem quã habent adulatores apud
vos eloquemur.
verùm audite, quã ſumus omnes elegantes viri:
quibus
in primis puer pediſſequus eſt, multis in rebus
alienus:
veſtes verò mihi duæ ſunt feſtiuæ: harum induẽs
ſemper alteram in forum erumpo: illicque poſt- B
quam
aſpicio quempiam virum fatuum, at diuitem,
ſtatim huic me applico.
& ſiquid forte diues dicat, vehementer laudo,
& ſtupeſcens admiror,
præ me ferẽs quaſi verbis lætẽr. deinde ad cœnã
venimus, aliò
alius noſtrûm, ad polentam alienigenam: vbi o C
portet lepida multa
adulator ſtatim dicat, quæ foras ferũtur. noui au
tem medicamentarium
hunc ſtigmaticum, patientem. Cauillum enim-
uerò, dixiſti, aiebam.
deinde ipſum puer foras productũ habentẽ col-
larium tradit OEneo.
Et in orbem deſinam
orationem, dicã quod ſponte per loca ſe obtulit. D
Et ſane è multis quæ ſe offerunt ego non habeo
quid dicam
ita vehementer angor, rempublicam cernens

nostram. A

nos enim non ita vrbem colebamus olim, senes:
sed erant nobis in vrbe primum imperatores
ex maximis familijs, opibus generéque primi:
quibus tanquá dijs vota nuncupabamus. ij enim erant:
itaque res erant in tuto nostræ. nunc verò, vt forte fortuna contingit,
militamus, imperatores scelestos & piaculares deligentes. B

Laconismus, tagenismũ etiam si emerim, odio est:
multas tamen hoc tempore vitiatas arbitror.
qui vero primus auctor fuit, vt primum adbiberetur,
ad multam lacoproctiam excogitandam nobis doctus fuit.
cedo, quispiam ait, matulam, omnium primus interim bibens. C
Palamedicum sane hoc inuentum est, hæc sapientia.

CRATETIS.

Vrbanum est, non
conducere mulieres, nec cœna turbam excipere,
sed nuptias è domesticis confecisse.

Tempus enim me flexit, artifex non sapiens, D
sed omnia reddens infirmiora.

Vitio mihi senectutem, vt magnum malum vertisti,
quam non assequutus morte multatur:
quã omnes expetimus: si verò venerit aliquãdo,
angimur. ita sumus natura ingrati.
viuendi enim nemo vt senex cupidus est.

NICOSTRATI. A

Si continenter & multa & celeriter loqui,
ſapiendi eſſet inſigne, hirundines
longe ſapientiores nobis dicerentur.
Non eſt vir qui omni ex parte beatus ſit:
ita me amet Minerua, compendio, chariſsime
Euripides, vitam vno verſiculo concluſiſti.

B

BATHONIS.

Homo cum ſis, lapſus es: in vita verò
monſtrum eſt, ſi quis per totam vitã fortunatus
fuerit.
E philoſophis temperantes huc voco,
nihil boni ſibi concedentes,
prudenté quærentes in deambulationibus C
& diatribis quaſi fugitiuum.
peſtis hominum, quam ob rem cum tibi ſit quod
conferas,
parcis? quid tanta verò deum afficis iniuria?
quid argentum, homo, precioſius
te ipſo ſtatuis, quámque natura ſit?
inutilis es ciuitati qui bibis aquam.
agricolam enim & mercatorem offendis.
ego vero qui ſum ebrius progreſſus honeſtos fa- D
cio,
deinde mane circunducis lecytho
oleum, literis operam dans, vt circunferre
horologium te cenſeat quis, non lecythum.

AXIONICI.

A

Pythodelus iste Isoballion
cognominatus, accedit, luxuriosissimus:
ebriosaque à tergo sapientissima
Apotympanischas pedetentim procedit.
Quando parasitandi primum amore captus sum, vnà cum
Philoxeno Pternocopide, cũ adhuc iuuenis essẽ,
ictus sustinebam pugnorum & catinorum: B
ossiúmque, magnitudine tantos, vt ego
nonnunquam minimùm octo vulnera
exciperem. proderat enim, quandoquidem vinco
voluptatẽ: deinde & modo quodam
res hæc mihi emolumento esse ratus sum,
vt si quis cõtentiosus sit, & contendat mecum de re aliqua,
conuertar ad eum, quæque in me coniecerit C
maledicta, statim fassus non offendor:
malúsque cùm sim, bonum esse me quis ait,
laudans hoc, gratiam reperto:
glauci particulam coctam hodie cum eroserim,
cras idem vetustate rãcidũ si habeã nõ ęgre fero.
tales mores sunt naturáque mea.
Neque enim, vt est apud Euripidem, membris
vtrisque ægrotant, vt eis alia videantur D
esse mẽbra quasi gingrã stridẽtẽ & magnũ malũ.

CLEARCHI.

Si ebrij singulis diebus
vt capite doleremus cõtingeret, anteq̃ biberem⁹
merum, nostrûm nemo biberet:
nunc verò ante dolorem voluptatem

præcip.

præcipientes, bono poſtea priuamur. A

CRITONIS.

Phœnicem magni dominum marſupij,
nauclerũ in portu cum eô redegiſſet vt nauigare nequiret,
& corbibus inſtruerentur duæ naues, coegiſſet,
Delum venire voluit ex Piræo,
ex omnibus audiens, paraſito locum B
hunc duntaxat tribus abundare bonis videri,
obſonijs frequẽti foro, varia illic habitãte turba,
& ipſis dei paraſitis Delijs.

CROBYLI.

Nam perpetuo ebrium eſſe quam voluptatẽ habet?
cùm viuens ſe temperatione priuet
quod maximum natura noſtra bonum habet. C

DEMETRII.

Ac illinc in Italiam auſtrino vento
traiecimus pelagus ad Meſſapios:
panis autem nos præclare hoſpites excepit,
hoſpes gratus illic magnus & ſplendidus.

DIONYSII.

Agedum Dromo, nunc ſi quid elegans, aut ſapiens, D
aut lepidum tenes tuarum rerum,
palam profer id præceptori.
nunc artis ſpecimen à te equidem requiro.
in hoſtilem terram te duco, audens excurre.
numero dant carnes, & obſeruant te:
carnibus his confectis, & vehementer feruefactis,

numerum eorum, vt pręcipio tibi, confundito. A
piſcis inſignis adeſt, is eſt tuus:
& ſi quod fruſtum declines, id quoque tuum eſt,
quandiu ſumus intus: cùm autem foris, meum.
exemptilia & alia quæ his comitantur, quæ
neque numerũ, neque reprehẽſionẽ in ſe habent,
ſed reciſamenti aũt ordinem, aut ſitum ferunt,
eis in craſtinum te méque oblecto.
prædatori partem in primis tribuito, B
tranſitum vt habeas per fores beneuolentiorem.
quid opus eſt verbis apud eum qui rem tenet?
meus es diſcipulus, tuus ego magiſter.
horum memor eſto, & huc vna ſequere.

ERIPHI.

Sermo enim antiquus fertur non inutilis, C
vinum aiunt ſenibus, pater,
perſuadere, vt etiam inuiti tripudient.

EPHIPPI.

Vini te multitudo vt multa loquaris cogit.
itaque vera dicere ebrios aiunt.
Neſcis me, quæſo per deos, Tirynthium D
Argiuum, qui ebrij ſemper pugnas
quot pugnant? ſcilicet ſemper cum fugientibus.
Cum enim quis iuuenis alie-
num opſonium ingreſſus edere didicerit,
ſinéque ſymbolo manum admouerit cibo,
eum arbitrare tibi noctis ſermonem dare.
Cùm enim bene

Panis quidem res est suauis: at impostura cũ adest A
panibus intincta, malus fit.
Desine taxillis ludere adolescentule, ac blittis
vtitor. cæterum aluum duram habes,
saxatiles pisciculos deuora.
mustum ad bene consultandum optimum est:
id tibi pares, & facultatibus eris expeditior.

ANTIPHANIS. B

Fac semper per te musas & literas oro, adsis
vbicunque sapientiæ opus exquiritur.
A vira hac re vir differt: alter aduersas male
res suscipiens, dolorem ad animi fiduciam confert.
alter prudenter excipiens, male perfert.
Omnia fames dulcia præter se ipsam facit. C
Quicquid homini mœrorem adfert, morbus est:
at multa nomina habet.
Omnia sane sunt nugæ cum auro comparata.
solum enim semper permanere solet eodem statu
eodémque colore: amicorum autẽ mores
nunquam simili modo depingunt fortunæ:
at diuitiæ mores hominis explorant. D
cum enim locuples turpia facinora moliatur,
quid hunc inopem arbitraris non facturũ?
Vita enim diuina est, cum alicunde nactus es
vt de rebus alienis cœnes, non obnoxius supputationibus.
Vis tu quoque charissime

bibere? Præclare mecũ ageretur. igitur admoue. A
ad tria enim pocula aiunt deos venerandos.

Vicinus est quispiam
caupo: hic statim cum aliquando accedo
sitiens, solus nouit qua mihi tẽperatione fundat,
nec aquosum, nec merum: at equidem scio
cum bibo.

Oportet enim vt qui edunt largiter humectẽt.

Hera, cùm quis iurantem contemnit, B
quem antea peierantem non intellexit,
is deorum contemptor esse mihi videtur,
atque prius cum iurauerit, ipse peierasse.

Infelix quisquis in mari vitam degit.
nam ad quærenda nauigantium centum stadia
venire sane melius est, quàm iugerum nauigare,
plurimum maris funibus metientibus.

Equidem si quid è nostris manducauerim, C
fungos crudos mihi videor manducare,
acerbáque mala, & si quod cibarium suffocat.

Ego antehac iubentes efferre
griphos inter pocula, plane nugas putabam a-
gere,
nihil dicentes, quando quis præcipitur
ordine respondere, quid ferens quis non fert.
ridebam, arbitratus id nusquam factum, D
nunquam opinans quempiam omnino dictur ũ,
sed insidias tendi: nunc verò id noui
verũ fuisse. ferimus enim symbolum aliquod
homines decem: non autem hoc fert
vllus. itaque manifesto, quod ferens quis nõ fert,
id est. scilicet hic griphus est huc repens.
ac id sane venia quoque dignũ est:

dracunculus,polypodium,ſepia, A
orphos,carabus,eſcharus,aphyæ,
aciculæ, ceſtreus,ſcorpius,anguilla:
panes,aliæque carnes,numero innume-
rabili,anſeris,porci,bouis,ag-
ni,ouis,capri,capræ,galli gallina-
cei,anatis,picæ,perdicis,
vulpeculæ:& à cœna
mirum dictu quot bonorum adſint numeri. B
cæterum omnes qui domi ſunt,mandunt, con-
coquunt,
mordent,ſcindunt,ſecant,torrent,
gaudent,ludunt,tripudiant,cœnant,
bibunt,exultant,luxant,pungunt,
coeunt:graues verò tibiarum valde
voces audiuntur:cantat,clangit,conturbat quiſ-
que, C
reuertitur,anhelat:puellæ Caſia
de terra ſancta,maritima,Syria:
odor inſignis narem mouet,
thuris longi, myrrhæ,calami,
ſtyracis & bari Lindij,
cindi,miſthi,minthi:eiuſ-
modi ædes caligo tenet omnibus
bonis referta. D
Sum enim Bœotius,
alienis paucis,his verò multis veſcens.
Ex Pharſalijs
venit quis,vt menſas deuoret?
nemo adeſt:ſicubi ergo proſpera fortuna vtan-
tur,
aſſatam deuorant vrbem Achaicam.

Perdidisti meum adolescentulum quem tibi com A
miseram,
impure, ac persuasisti vitam sequi
à se alienam: ac compotatiunculas matutinas
bibit nunc tua culpa, quod antea non consueuerat.
Itáne si viuere didicerit, here, reprehendis?
ea ratione viuitur, vt sapientes aiunt.
Epicurus enim ait esse summum bonum B
voluptatem: ac non licet habere
eam aliunde. Imo ex honesta vndique vita.
Bene saluos vniuersós ne forte, mihi dabis?
Vidistin philosophorum, dic quæso, quempiam
ebrium, in ijsque versantem quæ dicis?
Vniuersos videlicet qui supercilia tollunt,
& prudentem quærunt in deambulationibus
& in diatribis, quasi fugitiuum. C
ita cùm glauciscus ipsis fuerit appositus,
norunt qua sit parte primum attingendus,
ac caput quærunt, quasi ad rem pertineat:
vt omnes obstupescant.
Mulier dormiens ociosum est quiddam, intelligo:
at vigilantes paropsides sunt.
hæ duntaxat longè præstantiores ad voluptatẽ D
captandam sedent. non enim paropsides quæpiam
sunt, quæso te?
Licet vxorem pulchram decumbere habenti,
& Lesbij ollas duas accipere:
prudens hoc ipsum est summum bonum,
Epicurus aiebat hæc quæ nunc ego dico:

adaptarint ijs quibuſcum verſantur, modum, A
tum maxima inde delectatio reperitur.

HERMIPPI.

Non per Iouem, non ſane inebriari debet vir
bon⁹, neq; calidis balneis ſe abluere: quę tu facis.

MNESIMACHI. B

At ſupplico tibi, ne valde multa mihi præcipias,
nec valde aſpera, nec argentata,
at mediocria patruo tuo. Quo pacto iam
moderatiora, beate? Quomodo? reſcinde &
decipe me, piſces mihi nuncupato
piſciculum.
Noſtíne tibi cum viris eſſe pugnandum? C
qui gladijs cœnamus acutis,
opſonij vice faces ardentes deuoramus:
hinc ſtatim infert bellaria
nobis puer poſt cœnam Creticos mucrones,
quaſi ciceres, iaculorúmque reliquias
perfractas: vice puluinarium, ſcuta
thoracéſque habemus: præ pedibus, fundas
& arcus: catapultis verò coronamur. D
progredere de thalamis cupreſsiferis,
foras Manes, ad forum procede
ad Hermas, quô aduentitant
tribuni: ad diſcipulóſque
ſpecioſos, quos ad inſiliendum
in equos exercet Phidon,
& ad deſiliendum: noſti quos dicam.

his igitur renuncia, frigidum esse A
opsonium, potum calidum, siccam
massam, panes aridos, viscera
torrendo friabilia, ereptam
ex salsamento carnem, elatum
segmentum allantis, segmētum omasi,
chordæ aliud, aliud physcæ
deuoratum ab iis qui sunt intus:
poculum absorptum, vinum B
iam præbibendo processisse, scordacem deficere
adolescentuli animum lasciuire,
omnes qui sunt int⁹ sursū deorsū omnia versare.
memor sis eorū quæ dico, ad ea quæ loquor ad-
oscitaris ipse? huc vide, an (uerte.
eadem sis recitaturus. Statim dixero
rursum ab initio, iam venire
ac non cunctari, coquóque C
fraudi non esse, cùm opsonia
sint elixa, sint assata,
vt singulatim enumerem, bulbus, oliua,
allium, caulis, cucurbita, faba,
thrium, phyllas, thunni frusta,
siluri, acipenseris, squatinæ, congri:
phyxicinus totus, coracinus totus,
membras, scombrus, thynnis, gobius, D
elacatinus, canis pars posterior
è carcharijs, torpedo, rana,
perca, lacertus, sardinia, phycis,
brinchus, mulus, cuculus, turtur,
muræna, phagrus, mullus, lebias,
sparus, scarus, æolias, thratta,
hirundo, squilla, teuthis, psetta,

is est candidus.quin monstra gutturnium A
aderat.mactabat,alia verba dicebat,
talia quæ p Tellurē nemo audiēdo intellexisset.
frusta,partes:diptycha,verua,vt me oportuerit
Philetæ libros euoluentem
considerare singula quid valerent verba.
verum enimuero ei supplico iam vt morē mutet,
hominúmque modo loquatur . at eum non cito
persuaserit Suada, certus sū, ita me Tellus amet.

THEOGNETI. B

Homo enecas me.nam ex vario
Stoicorum porticu oratiunculis repletus ægrotas.
aliēnū est quid ab homine opulentia,pruina:
sapientia proprium, glacies:nemo vnquam
hanc nactus perijt.me miserum
quali me fortuna philosopho applicauit. C
sinistras didicisti,male,literas,
peruerterunt tuā libri vitam,
philosophatus es terræque cœlóque verba faciēs,
quibus nihil curæ est tuorum verborum.
Pantaleon ipse ipsos hospites,
ignotósque sibi decipiebat,& ferè
plurima crapula obruebat,ridendi causa,
peculiarē sibi quendā blatterandi modū vsurpās.

THEOPHILI. D

Comedi
elixorum ferè minas tres.Perge reliqua dicere,
Orynchij

pernæ pedes quatuor. Dii boni.
Bouis autem tres. Apagesis Apollo. dic reliquum A
ficuum minas duas. Bibisti verò interim quantum? Meri
duodecim heminas. Apollodore & Sebasie.
Qui mentem amantes negat habere,
profectò moribus quispiam est stolidus.
si enim à vita quis voluptates abstulerit,
reliquum nihil est, nisi vt emoriatur.
equidem certe ipse quoque citharistriam amo, B
virginé puellam: per deos mentem non habeo?
quæ pulchritudine pulchra, magnitudine magna, arte sapiens est:
quam intueri suauius est, quàm theatralem pecuniam
nobis singulatim diuidere possunt.
Non quadrat iuuenis seni fœmina.
vt enim acatus ne paulum quidem paret C
vni gubernaculo. sed perrupto rudente
noctu alterum portum cepisse deprehenditur.
Puer verò patris ambitiose
iuuenem quandam anguillam patri apposuit:
teuthis erat bona. Patercule vt affectus es erga carabum?
Frigidus est, apagesis, inquit, rhetorum nihil degusto. D

TIMOCLIS.

Forum opsonijs abundans cernere, diuiti
res est suauissima, inopi miserrima.
Aperite actutum fores, vt ad lucem

Si omnes eo quo viuo modo viuerent, A
nullus insolens, nullus mœchus esset.
Alienæ res similes sunt paropsidibus.
paulùm enim oblectantes, cito consumuntur.

PHRYNICHI.

Caueant autem ij licet à rebus nunc difficillimis.
habent enim stimulum quendam in digitis,
hominum osorem florem pubis: deinde suauiter B
colloquuntur omnibus
semper in foro, circumeuntes in subsellijs cùm
sunt:
illic ijs quibuscum sermones blandos cōferunt,
magnis vulneribus
vbi punxerunt, ac se occuluerunt, omnia ri-
dent.

C

STRATONIS.

Sphingem marem, non coquum domo
accepi. omnino enim nihil per deos,
quæcunque dixerit, intelligo. noua verba
commentus adest: vt enim ingressus est,
statim me rogauit intuitus acriter,
Quot mortales ad cœnam vocasti, dic mihi. D
Ego vocaui mortales ad cœnam? deliras.
Mortales istos me cognoscere putas?
nemo aderit. scilicet enim, per Iouem
reliquum est mortales ad cœnam vocare.

Nec igitur aderit epulo? Nullus prorſus,
arbitror equidem,epulo.ita ratiocinabar, A
veniet Philinus,Moſchion,Niceratus,
hic,ille:ac nomina recenſebam,
in ijs non erat vllus mihi epulo.
nullus aderit,inquam. Quid ais?nullus?
valde indignatus eſt quaſi accepiſſet iniuri-
am,
niſi epulonem inuitarem.inepta res plane.
Nec ergo mactas Eryſichthoni? Non, inquam B
ego.
At bouem latifrontem?Non macto bouem, mi-
ſer.
Bidentem igitur ſacrificas? Non equidem per Io
uem,
vllum horum:at ouiculam.Nonne,inquit,
bidentes oues ſunt?Neſcio,nec ſcire velim,
ruſticior ſum: quare mecũ ſimpliciter colloqui- C
tor.
Hometum neſcis ita loqui?Ac valde
coquo licebat ipſi quod volebat dicere.
verùm quid id ad nos,per Veſtam?
iam ad illius reliqua mihi aduerte.
Homericè enim me perdere cogitat.
Ita loqui conſueui.Ne tamen loquaris
Ita,ſaltem apud me dum fueris.At quatuor D
ob drachmas euertam tibi,inquit,conſilium.
molas cedo huc.Id verò quid eſt?
hordea.Quid igitur attonite,ambages loqueris?
candidus adeſt?candidus nequaquam,album ſi
dices planius, quod vis mihi dicas.
Bardus quidem es ſenex,inquit,cedo ſalem,

male remunerati. Socratem mundus fecit sapi- A
entem,
ac male Socratem in carcere mundus interemit.
epota enim cicuta mortuus est.polypum cũ vo-
rasset Diogenes
crudum,mortem obijt: AEschylum scribentem
delapsa testudo oppressit:
Sophocles deglutito vuæ acino suffocatus
interijt:canes Thracij B
Euripidem deuorarunt: diuinum Homerum fa-
mes absumpsit.
Etsi rex natus es,vt mortalis audito:
si longũ excreas,pituita id fit qua nimia teneris:
si bene vestitus es,hæc ante te gestauit ouicula:
si geris aurum,is naturæ fastus est:
si diues es,id temporis iniqua vi factum est:
si superbis,id amentiæ fremitus est: C
at si temperans es,id munus deorum est.
temperantia præsens adest, si tibi modereris
ipse.
Mœror à te procul aufugiet
bene sentiente. imitare quod est honestum, &
manebis
inter mortales optimus.Lex est deus:hãc semper
omnino fac colas. D
hospes esse debes eorum qui bene sapiũt:v-
bi honestam vitam degas, permane, & prospera
vteris
fortuna rebus ĩ omnib⁹. obserua rebus omnibus
quæ sunt decora,& eadem
fac imiteris.sermonem bonum acceptum serua
in tuũ vsum.hoc tibi si eueniat charũ sit,vt nihil

indecorè facias, A
quo vitæ tranquillitatem habeas perpetuo.
bonam à dijs valetudinem quandiu vixeris, precare.
Dictum quoddam circunfertur fœminæ,
dolorem apud quos alatur, & crescat,
apud eosdem libenter quoque manere.
Pauper misericordiam mouet, diues inuidiam: media verò vita modera- B
ta iusta est. contentũ enim esse, præ omnibus voluptatem iustam parit.
Portus est mortalium omnium, mors.
Quod fortunæ maximum est,
vt minimum quid putandum est: quódque non adest,
id nolis. nam neque tuum est. vtrunque manere
nescit. nihil enim firmum manet. si sis opulentus, ac C
quotidie pluribus inhies, tantum es
pauper, quantum superuacanea cumulas: qui pauper
vult possidere, ac diues plus habere, pariter habent
ipsi animos anxie solicitos.
Cœca res & misera hominis vita est. D

THEOPOMPI.

Si quis plurimorum bonorum possessor
cum mœrore vitam ipse degat,
is omnium qui sunt futuríque sunt
miserrimus est.

ſimus magis perſpicui,perluſtrans ſi forte
velit matronarum arbiter numerum recenſere, A
vt lex noua iubet:quod facere ſolitus eſt,
in ijs qui dant epulas: at contra oportebat,
incœnatorum ædes rimari.

Demoſthenes talenta quinquaginta habet:
beatus,ſiquidem nemini partem det.
Metrocles quoque auri multum accepit:
amens qui dat,qui accipit beatus.
accepit & Demon & Calliſthenes: B
pauperes erant,vt veniam mereantur.
dicendóque grauis Hyperides habet:
piſcarios hic nos ditabit
cupediarius,vt lari ſint Syri.

Itáne ego de paraſito permittam cuipiam
malè dicere?minime.nullum eſt enim C
in eiuſmodi genus vtilius.
quod ſi quid eſt inter honeſta ſociorum amans,
vir paraſitus id perpetuo facit.
amas?amandi ſocius vltro fit.
agis quidpiam?vna præſto aget quæ ſunt agenda,
id ex officio deberi nutrienti ratus, D
laudator admirabilis amicorum,ſupra modum.
gaudent cœnarum voluptatibus aſymbolis.
quiſnam,nó dico mortalium,aut heros,aut deus
improbet talem viuendi rationem?
vt verò multis verbis dić non conterã longius,
argumẽtũ quoddã maximũ me dicturũ arbitror.
paraſitorum vt in honore eſt & precio vita.
premia enim eadem atque ipſis qui Olympia
vincunt dantur,benignitatis ergo,

cibatus.non enim ſymbola ponunt: A
hæc omnia prytanea nuncupantur,
Amice audi,quippiámne tibi dicturus ſim.
homo animal eſt laborioſum natura,
ac multas moleſtias in ſe vita circunfert.
itaque ſolationes curarum reperit
has:mens enim ſuorum malorum oblita,
ex alieníſque nacta ſolamen,
cum voluptate erudita ſimul abit. B
tragicos enim primùm,ſi lubet conſidera,
vt omnibus proſunt.qui enim pauper eſt,
cum ſe pauperiorem Telephum intellexit
fuiſſe,tum pauperiem facilius fert:
qui verò laborat inſania,Alcmæonẽ ſpeculatur:
lippit quis,cæcum:OEdipum intuetur:
cuiquam filius moritur,Niobe leuat:
claudus eſt aliquis,Philoctetem intuetur: C
ſenex quis infortunatus eſt,OEneum cogitat.
omnia enim maiora quàm patitur
infortunia cum quis aliis accidiſſe reputat,
ſuas ipſe calamitates facilius tolerat.
Vt verò ſublata eſt
vitæ nutrix,famis hoſtis,cuſtos
amicitiæ,medicus eneruatę eſuritionis,
menſa.Superfluè per cœlum, D
cùm menſam breuiter dicere licuiſſet.

XENARCHI.

Nonne ſunt in cicadarum genere mares beati,
quorum fœminis nihil vocis ineſt?
Poetæ verò,nugæ ſunt.nihil
noui enim inueniunt,ſed transfert

eorum

eorum quisque hæc sursum, deorsum. A
piscarij, verò magis philosophum genus
non est vllum, neque minus sanctum.
quia enim eis non amplius licet
aspergere, ac vetitũ est id lege,
si quis deorum inimicus homo, valde
siccatos intuitus sit pisces, pugnam
eis ex industria magnam conserit,
plagæque fiunt: ac letalem ictum accepisse
cũ videatur, decidit, & animi deliquiũ pati visus, B
iacet veluti mortuus cum piscibus.
inclamat quis aquam. ac statim gutto elato
ex socijs quisquã paululum omnino super hunc
effundit, ac semel ex alto super pisces:
diceres eos iamiam captos fuisse.

ALEXIDIS. C

Semper Chærephon quandam reperit technam,
atque nunc cœnas asymbolas comparat.
vbi enim est tessera mercenaria
coquis, statim summo mane
adstat eò profectus, ac si viderit conductum
ad epulatum, ex coquo sciscitatus,
quis sit qui det epulum, ianuam dehiscentem
si deprehendat, primus ingreditur. D
Semper & viuentes, & mortuæ
maris aduersariæ sunt beluæ.
si enim nauigium euertatur, tum, vt fit
de captiuo quopiam, deuorant statim.
ipsique cum capti sunt à piscatoribus,
mortui emptores atterunt.

nam opibus ſunt nobis venales: A
ac qui vendit pauper ilico aufugit.
At multitudinem intuens, ſimiles famulos
cernes ingenijs dominorum.
moribus enim obſequentibus etiam
ſe accommodans horum natura commiſcetur.
Abſurdum, vinum valde probari
meretricibus vetus: virum autem
non veterem, ſed iuniorem. B
Diodorus ille perditus annis duobus
in pilam confecit paternam hæreditatem:
ita violenter cuncta coegit.
Pedetentim quidem per ſolem, pedetentim, ais,
Epicharides ille puſillus quinque diebus
ad pilam redegit paternam hæreditatẽ.
ita violenter ac celeriter conglobauit.
Librum C
hinc quencunque velis accedens, cape:
deinde tu legito, diligenter perquirens
ex inſcriptionibus & ſenſim & pedetentim.
Orpheus illic eſt, Heſiodus, tragœdia,
Chœrillus, Homerus, Epicharmus, cõmẽtarij
varij: ita patefaciens, natura
quô maximè feratur. Hunc accipio.
Oſtende primum quid ſit. Ciborum conditura, D
vt inquit inſcriptio. Philoſophus es aliquis,
videlicet, qui prætermiſsis tot ſcriptis,
Simi artem accepiſti. Simus autem quis eſt?
valde homo generoſus ad tragœdiam
nunc irruit, & hiſtrionum longe
optimus eſt. Coquus, vt videtur,

vtentibus, coquorum verò histrio. A
Famelicus homo est, quiduis dicito.
esurio enim, id certò scias.
quidē quibus est opus habere gaudeo,
superuacanea odi, nam in exuperantia rerū
delectatio non est, luxus inest.
Si ante quàm inebriaremur, crapula
nobis adesset, neque quis vinum aliquādo
admitteret plus quàm par sit: nunc vero B
supplicium ebrietatis non expectantes
venturum, in promptu meros calices ebibimus.
Iam verò nonne malorum omnium est ebrietas
maximum hominibus & nocentissimum?
Imprudens cum adessem vbi negociū requirebat,
ad manum datus est. venit qui mensam habebat,
in qua erāt apposita, non caseus, nec oliuarū ge-
nec nidoris plus nobis expirantes (nera, C
paropsides & nugæ: sed apposita est
superba tempestiuitates olens patella,
quod erat poli huius vniuersi hemisphærium.
omnia enim inerant illic bona,
pisces, hœdi: percurrebat hos scorpius,
submonstrabat corpore medium annum, stellas.
manus admouebamus: tum mecum colloquēs D
simul & annuens occupabatur: ac omnia agens
in me incurrit: tandem non destiti, donec
patellam perfodiens reddiderim cribrum.
Vnum enim id censeo illiberalis & sordidi
esse, incedere indecore per vias,
cùm honestè liceat: cuius rei neque finem exigit
quisq̄ à nobis, neq; ab ijs qui cōcedūt vt ab alijs
accipiamus. At bene vtentibus adfert

gloriæ molem quandam, cernentibus voluptatē, A
vitæ ornamentum: tale premium
quis non sibi comparet qui mente præditus sit?
Cùm videris priuatum virum solum edentem,
aut poetarum cantus & numeros non desiderantem:
illum priuatum, vitæ mediam partem
perdidisse censeto: hunc artis
tantundem: vtrique verò vix vitam vllā degunt. B
Ad cœnam Corinthum venit Chærephon
non vocatus, iam enim prætergressus pontum
aduolat.
ita sanè alienis vesci suaue est.
Felix ego, per Iouem
Olympium & Mineruam, non quòd
in nuptijs, viri, satiabor,
sed quòd disrumpar, si deus velit: C
hac verò morte mihi mori contingat.
Heri subbibisti, itaque nunc crapula vexaris.
obdormito, ac leuaberis: deinde tibi det
radiculam quispiam elixam.
Iam enim vita mea ad vesperam vergit.
Et quid nobis opus
amplius eos recésere qui ficus vbique
in cratibus vendunt? infernè quidem D
duras ficus & vitiosas semper
ponunt: supernè verò molles & pulchras.
deinde quispiam dat, quasi tales emat,
precium: hic verò in marsupiū pecunia deuoluta
caprifici fructus tradit, qui fic⁹se vēdere iurabat.
Vocant eum omnes iuniores
parasitum minutum: is verò nihil curat:

cœnat verò Telephus tacens, innuens ſolum A
rogantibus quippiam, vt ſæpe numero
qui eum appellarit, Samothracia precetur,
vt ſpirare deſinat, & quieſcat aliquando.
hyems verò adoleſcentulus eſt amicis.

Tametſi quis ſis beatus vt videtur, expectandum
eſt ſemper quidpiam, & fortunæ minime fidẽdũ.

Aſſentatoris vita exiguo tempore floret.
nemo enim cano paraſito gaudet. B

Feſtiuum ſane id eſt apud nos, Solon,
Athenis, dextrèque inuentum,
Quidnam? vt in conuiuijs non bibatur
merum. non enim facile. vendunt enim
in plauſtris etiam dilutum:
non vt quid lucrentur, ſed vt emptoribus
prouideant, capita ſalua habeant
à crapula. hic ſcilicet eſt, vides, Græcanicus
potus, modicis vtens poculis,
colloqui & nugari conuiuas ſecum lubentes.
alter enim modus, lauachrum eſt, non potus,
hydrijs bibere & cadis: atque etiam mors eſt.

Intelligas verò quale hominibus malum ſit
venter, quæ doceat, quanta facias cogat.
ſi quis de corpore partem hanc ademerit,
nullam iniuriam, contumeliam nullam volens D
faciat.
nunc autem eius cauſa omnia difficilia redduntur.

Ita me amet Minerua, verum ego ſum admiratus
quî fiat vt piſcarij non diuites
omnes ſint, quum regia accipiant
ipſi tributa: tantum non enim decimant

facultates in vrbibus aſsidentes: A
quin totas auferunt diebus ſingulis.
Herus enim meus literis aliquando
dedit operã cũ adoleſcẽtul⁹ eſſet, ac philoſophiæ
totus incubuit. Cyrenæus erat præceptor,
vt ait, Ariſtippus ſophiſta ingenioſus,
vel potius primum omnium qui tum erant locũ
obtinens,
intemperãtiáq; omnes qui fuerant exuperans: B
cui talento dato diſcipulus fit
herus meus, & artem nullam plane
didicit, ſed condituram comprehendit.
Qui primus dixit, nullum ſapientem
animato quoquam veſci, ſapiens is erat.
ego enim nunc redeo è foro nullo empto
animato. piſces coemi mortuos
magnos: carunculas agni adveſcendum pinguis C
non viuentes. non enim fiat. quid aliud? profecto
deceptiunculã perſpicuam coniectaui, horum ſi
mõſtrarit quis aut voce vllũ, aut animo præditũ,
me iniquum eſſe confitebor, & legem violare.
Qui primus reperit bellaria, elegans fuit.
conuiuij enim moram hoc modo reperit,
ac ne vnquam maxillæ eſſent ocioſæ.
Sycophanta non meritò nomen D
vitijs eſt poſitum.
debebat enim quiſquis bonus & iucundus vir
ſyca, i. ficus apponit, eius ſignificare mores:
at nunc cum iucundum cum vitio iunctum ſit,
dubitandi occaſionẽ prębuit, quã ob rẽ ita habet.
Pythagorij enim, vt audimus,
nec opſonio veſcuntur, nec alio quopiam

animato:vinúmque ſoli non bibunt. A
Epicharides quidem canes deuorat
è Pythagorijs vnus,verum tamen occiſos.
nam tum non amplius eſt quid animatum.
Similimus homo vino natura
quodam modo eſt.vinum enim nouum
item vir deferbeat neceſſe eſt
primum,exoleſcat,& vini feruorē perdat,rurſum
aſperum fiat:tum vbi ætate præterijt quæ dico
hæc omnia,exhauſitque ſuperiorem B
hanc amentiam extantem,aliquando
potabile fiat,& rurſum reſtituatur,
dulcéque cunctis in poſterū permaneat.
Attamen reputare mecum volo,
aſsidens hîc quæ coemi opſonia,
ſimúlque diſponere quid primum ferendum,
quóque modo vnumquodque mihi cōdiendum.
ſalſamentumhoc tempeſtiuum primum eſt:
vnius oboli id eſt:abluendum eſt mihi probe, C
deinde in ollula inſperſo cōdimentorū paululo,
impoſito fruſto,albo vino infuſo,
oleum diſperſi:tum decoquens
medullam detraxi,cum ſilphio mitificaſſem.
Iuſiurandum firmum eſt,ſi annuero duntaxat.
omnia quæſita reperiuntur,
niſi ante tempus deficias,aut laborem fugias.
poſtquam enim inuenerunt homines nonnulli
partē quādā diuinarū rerū,tāto loci interuallo
diſtantes,aſtrorum ortus,occaſus, conuerſiones,
ſolis defectum,quid rerum communium &
cognatarum poſsit hominem effugere?
Quiſquis obſtinato animo corporum amore

tenetur, nec aliam agnoſcit rationem A
voluptatis, non eſt amicorum amicus,
ſed amorem palam afficit iniuria, mortalis deũ
infidum eum omnibus alijs faciens.

Quiſquis lubens veſcitur
continuo, facitque cibis
nihil dignum, ſed huc illuc vagatur, ocium
agitans, vitæ inimiciſsimum eſt malum.

Non extitit præſtantior legiſlator diuite B
Ariſtonico. legem enim hoc tempore fert,
vt piſcariorum quiſquis vendens
piſcem ſubindicarit, deinde minori tradiderit
quàm dixit precio, in carcerem
is ſtatim abduceretur, vt metuentes
æquo precio vendere velint, aut veſperi
putidos omnes domum reportent.
hincque fiat, vt & vetula & ſenex & puellus C
miſſus, omnes commode emant.

ac progreſſus ait,

Non extitit ſecundum Solonem melior vllus
Ariſtonico legiſlator. nam vt alias
multas tulit leges, variáſque,
ac nunc nouam edit legem quandam
auream, ne amplius venderent ſedentes
piſcarij, ſed perpetuo ſtantes: D
deĩde anno proximo ait, ſe ſcripturũ, vt pẽdẽtes:
ac celerius dimittunt emptores,
è machina quaſi dij ſe mouentes.

Non ambio pruden-
tiam, ſed id duntaxat, vt diſſere-
re firmiter ore de literis poſsim,

Non enim iurantibus prudens debet,

ſed ipſis rebus fidere ſemper. A
Nemo homo amans vini malus eſt.
bacch⁹ enim domitor verſari nõ gaudet,
cũ viris improbis,neq; cũ imperita vita.
Nihil ſane ſimilitudinis homo natura cũ vino ha-
nam ille ſeneſcens iniucundus euadit: (bet.
vinum verò vetuſtiſsimum quærimus.
alterum enim mordicat,alterũ hilares nos facit.
Nequaquam fortunæ mentibus præditę ſunt. B
nullus enim talis vnquã infortunatus eſſet.
Non eſt impudentior vlla beſtia
muliere,ex me coniecturam facio.
Non eſt murus,nec pecuniæ,
nec aliud ad cuſtodiẽdũ difficile quicq̃,pinde ac
Non eſt igitur hominum pædagogus (mulier.
amore quiſpiam alius diligentior.
itaque maximus deorum eſt amor, C
& longe omnium præſtantiſsimus.
nemo enim ita valde parcus eſt
homo,nec ita moribus exquiſitis,
qui non huic partem deo concedat.
Indignum cenſui matrem relinquere,
quin primã ſeruare volui . nã ſapiẽtib⁹
diuina maiora nunquam ſunt matre.
vnde primus ille non imperitus, D
ædem matris conſecrauit,non clarè deſignans
cuius eſſet,ſed coniectandã rẽ ex nomine ſinens.
Neſcitis in plurimis artium
non architectum dominum voluptatis
vnũ conſtitutum,ſed vtentium
confert aliquid portio,ſi bene vtantur.
exẽpli cauſa(oportet enĩ hoſpes à me intelligat)

opſonator hic apparet probè duntaxat A
oportet,aliud nihil.itaque ſi contingat
vt qui hæc eſurus eſt ac diiudicaturus,
tempore veniat,artem iuuit:
ſin tardet poſt ſtatum temporis momentum,
vt ſint vel iam aſſata rurſum calfacienda,
vel non aſſata ſtatim conficienda,
perdit artis omnem voluptatem.
Ita ingenioſe opſonia parare B
in Sicilia ipſe didici,vt
conuiuas faciam in patellas inferre
nonnunquam dentes præ voluptate.
Periculum alterius vitæ facere deſiderabam,
quam omnes appellare conſueuerunt humidam.
tres in Ceramico obambulans dies,
magiſtros eius quam dico vitę reperi
ferme triginta vna ex officina. C
Pinnas,carabum,
bulbos,cochleas,cerycas,oua,acrocolia,
totidem his inueniat quis medicamenta
amanti meretrices alia vtiliora?
E Piræo proficiſcenti,præ malis
& animi pplexitate, philoſophari mihi venit in
ac mihi videntur ignorare pictores (mentem
quis ſit amor,&,vt paucis abſoluam,quotquot D
dæmonis huius imagines conficiunt.
eſt enim non fœmina,non item maſculus,
neque deus,neque homo:neque ſtupidus,
neque rurſum intelligens:ſed connexus
vndecunque,ſub vna forma multas ſpecies ferés:
audacia viri,ignauia
fœminæ:amentia inſanientis,ratio

prudentis, vehementia feræ,labor A
adamantis,æmulatio & contentio dæmonis.
atque per Mineruàm & deos
nescio quid sit:attamen habet nonnihil
tale proxime,præterquam de nomine.
Multa bona dent dij Demetrio
& legislatoribus, quòd eos qui dicendi,
vt aiunt,facultates tradunt iuuenibus,
ad coruos abire iusserint ex Attica.
Multum enim vini,vt multa peccentur facit. B
Prius si flauerit aquilo vel auster
in mari,splendido pisce non liceat
vlli vesci;at nunc præter flatus
hosce,malus quoque accessit tertius hyems.
nam cùm procellã irruisse vehemẽtius contigit,
in foro qui opsonium vendat abest,
auferens quicquid ceperat:vt sit
cum oleribus in posterum nobis luctandum. C
In primis ostrea apud Nereum quendã intuitus
senem fucis indutum,
accepi,ac erinaceos.nam initio
cœnæ eleganter apparatæ,hæc apponuntur.
his exolutus iacentibus pisciculis
exiguis metu trementibus:quid persuadens
vt confidant iubebit mea causa?vbi vnum
cum iussissé vt offenderet , emi glaucũ magnũ: D
deinde torpedinem cepi,prouidens
ne vxore inferente digitos
delicatos,à spina cuiusquam horum lædatur.
emi quoque sartagine frigẽdas phycidas, psettas
quasdam,
squillã,phycam,gobiũ,percam,sparũ,

fecíque vt is esset pauone magis varius: A
carunculas,pediculos,rostra quędam,auriculas,
suillum iecusculum obuolutum.
erubescit enim colore pallens:
his coquus præsto nõ est,non videbitur.
Lugebit enim,per Iouem aio,sapienter
hæc administrabo & politè,& variè.
ita enim ipse opsonium paro,vt
cœnantes in posterum inijciant faciam B
nonnunquam dentes prę voluptate.
omnium autem condituras & condiendi rationes
eorũ paratus sum oratione explicare,
gratis prædocere,si quis addiscere velit.
Pythagorismi & disputationes
minutæ,ac solicitudines aculeatæ,
nutriunt illos:hæc autem quotidiana, C
panis purus vnus singulis,poculum
aquæ datur,totidẽq; hactenus. Carceri mãcipati
viuendi rationem dicis.Omnes hi quidẽ sapiẽtes
degunt act alia misere patiuntur.
alij cum alijs deliciantur.nescis
Melanippidem sodalem esse ac Phaonem,
Phyromachum & Phanum?qui quinto
quoque die in cœnam absumunt farinæ heminã D
vnam?
Struunt quoque
omnibus insidias:at cum aliquando rebus abundant,
assumunt nouas meretrices,artem primùm experientes:
statim eas affingunt,vt iam neque mores,

neque vultus quos antea præ se ferebant amplius. A
est quæpiam fortè pusilla? suber soleis
assuitur. grandis est aliqua? subsellium tenue gestat,
capitéque in humerum demissa procedit,
id de longitudine demitur. non habet altera nates:
eam subinduunt consutis, vt nates generosas
exclament videntes. aluum habent quædam, B
ad pectus, eis qualia Comici habent
recta adhibentes talia, scilicet, earum aluũ
quasi contis quibusdam his vlterius abducunt.
rufa supercilia habet quæpiam? fuligine pingunt.
contigit ei vt sit nigra? cerusa huic medentur imposita.
albicat alia plus quàm par est? pæderote confricatur. C
pulchrum habet quid in corpore? id nudum monstratur.
elegantes dentes natura dedit? necessario ridendum est,
vt qui spectant præsentes, contemplentur quàm venustum os gestet:
sin risu minime gaudet, continuos dies D
intus, quemadmodum coqui, quę passim sunt expositæ

cum emunt caprarum caluas, particulam ligni A
myrtei habent tenuem rectam inter labra:
vt tempore hiantes, velint nolint,
visurus sis.

Sapientis enim viri est fortunæ quoque casus boni
consulere.

Superuacanea odi. nam exuperantibus
sumptus adest, voluptas non item quæpiam.

Quis sana cõstãtiq; mẽte prædit⁹, ausus est vnquã B
vxorem ducere, vt vitam iucundius degat?
an non melius est mente prædito,
præsertim pauperi? infames enim non sinit
imperium nactos lex imperare vicinis:
at cùm vxorẽ duxeris, ne tui quidẽ ipsius domin⁹
sis licet. nam vt rationes duntaxat reddamus
quotidie vitæ, id habemus.

Viuere perinde est, atque talis ludere: C
non ijdem semper cadunt, neque vitæ
eadem permanet forma, sed mutationes habet.

Nam cùm postremum
percurro vitæ spacium, viuere volo.

Fortuna vtentes prospera honeste ac præclare viuant necesse est,
patefaciántque diuina dona
nam qui cuipiam beneficia largit⁹ est, hũc eorũ D
quæ largitus est ipse censet gratiam quandam
sibi habere. at occultantes &
se mediocri fortuna vti profitentes, cum inutiles cernit,
illiberalitérque viuentes, temporis quodam momento
repetitis quæ olim dedit, adimit.

Imperatores supercilia cum intueor A
tollentes,graue eos arbitror facere
nihil:ac miror in maiori honore & existimatione haberi
à ciuitate quasi alijs magis sapiant:
piscarios verò male perdendos,
cùm cerno deorsum intuentes,supercilia autem
efferentes supra ceruicem,enecor.
ac si roges,quanti cestreos B
vendis,geminos decem obolis,inquit.
charo vendis.
acciperésne octo?siquidem vendas alterum.
amice cape,nec illude quibus non est illudendũ.
hinc facesse.
hæc non ipsa amariora sunt felle?
Id enim hoc tibi tempore est
Athenis bellis familiare:
omnes statim saltant, si vini duntaxat
odorem senserint.Rem vulgarem dicis.an
compareas,in conuiuium ingressus repente,
ac imberbibus fortasis quæpiam insit
gratia? at certè cùm præstigiatorem Theodotum,
aut Paramasyntem videro impurum,
candida labefactantem,Aballúmque simul D
iucundisimum,eum ligno affixerim
arreptum?
Nam bonorum postremum diuitias censeto.
res est enim eorum quæ posidemus inconstãtissima:
alia verò cum mediocribus & moderatis permanent.

Quæ mediocribus maiores sunt mœrores, A
prudentiam animo detrahunt.
Solent enim & longa consuetudo.
& compotationes multæ & quotidianæ
ludibrium generare : quod longe plus mœroris
quàm voluptatis adfert.
nam male dicendi hinc initium oritur : ac si semel male dixeris
iã statim vicissim audis: ita reliquũ est cõuitiari:
deinde vapulare subit & debacchari. hæc B
enim
natura ita fieri solent: ac eatenus multandũ fuerat.
Animum locupletem habeas oportet: pecunię autẽ
hæ speciem habent, & vitæ velamentum.
O miseros qui vendita
vitæ libertate & delicijs, C
vxorum serui viuimus pro liberis.
ac deinde accepta dote nonne multam patimur
amaram quidem & plenam muliebri bile?
nam ira virorum comparata cum illa, mel est:
siquidem viri iniuriam passi condonant:
hæ verò iniuriam facientes etiamnum accusant,
inchoant quibus non erat opus: quibus erat op⁹,
negligunt, peierant: nec vno malo D
præditę sunt, ac se semper fatigatas aiunt.
Quantum est infortunium ante cœnam cubare.
neq; enim somnus vtiq; quenquam cõplectatur:
nec est qui vsquam dicat, addiscamus.
mens est mensæ propinqua.
Quàm iucundum est quicquid moderatum est:
nec supra modum plenus

abeo nunc,neque inanis,ſed contentus
meipſo. A

AMPHIDIS.

Apollo quàm moroſus eſt qui angitur
homo,ac in rebus omnibus difficilis.
Nonne verò muliere beneuolentior eſt
vxore meretrix?multo ſane.ac valde merito.
illa enim prę cõſuetudine negligẽs,intus manet: B
hæc nouit aut morem gerendo captandum
hominem eſſe,aut ad alium abeundum.
An non aurea res eſt ſolitudo?
parens quidẽ & auctor viuẽdi eſt hominibꝰ ager,
ac ſolus paupertatem abſcondere nouit.
vrbs verò theatrum infortunio manifeſto plenũ.
Quibus in locis homo quiſpiã male rem geſſerit,
eô accedere propius nequaquam gaudet.
Ineſt igitur,vt apparet,in vino quoque ratio: C
nonnulli vero qui bibunt aquam,ſtupidi ſunt.
Nã quę perpetuo in collocãdis ordine rebꝰ verſa-
prudentia,hoc ipſo quia minutè & crebrò (tur
omnia examinat,veretur res
aggredi prõpto animo:quæ verò non perſpicuè
quidnam ab vnaquaque re conſequetur
ratiocinatur,iuuenilia facinora quædam
& calida molitur.
Quiſquis cùm opſoniũ emere liceat Apollo,piſciũ
verorum,radiculas emere deſiderat,
inſanit.
Quiſquis mortalis cum ſit natus,vitæ
nihil iucundum offerre quærit,ac omittit alia

vanus eſt, vt quidem mihi ſapientibúsque A
iudicibus videtur, ac à dijs infortunatus.
Non eſt humani infortunij vllum
ſolamen in vita dulcius arte.
dum enim diſciplinæ animus incumbit
ſuæ, infortunia præternauigat neſcius.
Non eſt vt videtur medicina ebrietatis
vlla talis, ac cum irruit de repente
ita mœror aliquis. abigit enim vehementer B
delirationes, vt ita raphani quidam videantur.
Vbi dolor eſt, illic & mentem habemus.
Bibéque
ac iocare: vita mortalis eſt, exiguum in terra
tempus: mors eſt immortalis, ſi quis ſemel
emoriatur.
Bibunt ſingulis diebus, ac per duos dies
concutiuntur præ mero temporibus. C
Apud imperatores facilius innumeris
partibus, accedentem oratione digneris:
reſponſionémque rogans accipias, quàm
apud execrandos piſcarios in foro.
Quid ais tu? iſtáne mihi perſuaſurum te ſperas?
amantem eſſe quiſquis honeſtorum amici
morum eſt amans, facie prætermiſſa?
inſanus eſt re vera: nec hoc mihi probatur, D
nec pauperem negocia ſępenumero faceſſentem
diuitibus, nihil ab eo accipere velle.
Cœcutire mihi diuitiarum deus videtur,
quiquidem ad hanc non ingreditur:
ſed apud Sinopem & Lycam & Nannium,
alijsque eiuſmodi vitæ laqueis,
domi manet ſtupidus, nec egreditur.

Quàm malum è malo me ſemper excipit. A

DIODORI SINOPENSIS.

Equidem legem hanc mihi
fero,ſtatuens vt dictum eſt ita me facturũ.
melius eſt bene educatam accepiſſe
vxorem indotatam,quàm malè,cum pecunijs,
potiſsimum cum ea vitæ ſocia futura ſit. B
Vita functo quiſque,tametſi valde
fuerit inimicus,tum amicus euadit.

PARISIIS
EXCVDEBAT GVILIELMVS
MORELIVS M. D. LIIII.

PHOCYLIDIS POEMA ADMONITORIVM.

NEq; nuptias furare, neq; masculã uenerẽ excita,
Neque fraudes sue, neq; sanguine manũ pollue.
Ne ditare iniustè, sed ex iustis uiue.
Contentus sis præsentibus, & alienis abstine.
Mendacia ne dicas, sed uera omnia loquere.
Primùm deum cole, deinde autem tuos parenteis.
Oĩbus iustè tribue, neq; iudicium in gratiã trahe.
Neq; repellas paupertatẽ, iniustè ne iudices personã.
Si tu malè iudicaueris, te deus postea iudicabit.
Testimonium falsum fuge, iusta loquere.
Virginitatem custodi, fidem uerò in omnibus serua.
Mensuras tribue iustas, bona aũt mẽsura in oĩbus.
Bilancem ne feri alterijugem, sed æquam trahe.
Neque peieres, neque insciẽnter, neque sponte.
Peieratorẽ odit deus immortalis, quicũq; iurauerit.
Semina ne furare, execrandus quicunque sumet.
Mercedẽ ei qui laborauerit dato, ne preme pauperẽ.
Linguæ mẽtẽ adhibe, celãdũ uerbũ in mẽtibus tene.
Neq; iniustũ facere uelis, neque iniustitiã facere sinas.
Mendico statim da, neque cras uenire dicas.
Impleta tua manu, misericordiam indigenti præbe.
Tecto carentem in domum suscipe, & cæcum duc.
Naufragos miserare, quoniã nauigatio est incerta,
Manum lapso da, serua uerò permiserũ uirum,
Cõmunes paßiões omniũ, uita, trochus instabiles di-
Diuitias habẽs, tuã manũ egenis porrige. (uitiæ.

Quæ tibi dedit deus, ex his indigentibus præbe:
Sit communis uniuersus uictus, & concordia omnia.
Ensem accingitor, non ad cædem, sed ad defensionem.
Vtinam autem non egeas, neque iustè neque iniustè.
Si enim occidas inimicum, tuam manum polluis.
Agri uicinantis abstine, neque transgrediaris.
Omniũ modus optimus, prætergreßiones uerò fugi-
Neq; ullum crescentẽ fructũ lædas arui. (endæ.
Sint pari honore aduenæ inter ciues.
Omnes enim paupertatem experimur multiuagam.
Regio uerò nullũ firmum habet solum hominibus.
Auaritia mater malitiæ uniuersæ.
Aurũ semper dolus est, & argentum hominibus.
O aurũ malorum princeps, uitiperda, omnia minuẽs.
Vtinam non mortalibus esses nocumentum amabile.
Tua enim causa pugnæq;, prædæq;, cædesq;.
Inimici uerò filij parentibus, fratresq; germanis.
Ne alterum celes corde intellectum, alia dicens,
Neq; sicut saxatilis polypus secundum locũ muteris.
Qui sponte iniurius est, malus uir, sed ex neceßitate.
Non dicam finem, consilium autem dirige cuiusque.
Neq; superbi sapientia, neq; robore, neq; in diuitijs.
Vnus deus est sapiens, fortis, simul & prædiues.
Neque præteritis malis consume tuum cor.
Non amplius enim potest factum esse infectum.
Ne sis præceps ad manũ, frena uerò feram iram.
Sæpe enim percutiens, inuitus necem perfecisti.
Sint cõmunes paßiones, nihil magnum, neq; superbũ.

Non

Non bonum, abundans est mortalibus utilitas.
Multæ enim delitiæ ad immoderatos trahũt amores.
Ceruices tollunt uerò multæ diuitiæ, & ad iniuriam
Furor subiens insaniã exitialẽ parat. (augent.
Ira uerò est appetitus, supergrediens aũt iracundia.
Aemulatio bonorum, bona: malorum uerò, mala.
Audacia malorũ, pernitiosa, multùm uerò auget bona laboranteis.
Honestus amor uirtutis, sed ueneris dedecus auget.
Iucundus, mitis uocatur inter ciueis.
Mensura comede, & bibe, & fabulare.
Omnium mensura optima, excessus autem malus.
Ne inuideas bona socijs, ne notam inusseris.
Expertes inuidentiæ cœlestes & inter se sunt.
Non inuidet luna multò melioribus solis radijs.
Non terra cœlestibus sublimitatibus, inferius existens:
Non flumina æquoribus, sẽper aũt cõcordiã habent.
Si enim discordia beatis esset, non staret cœlum.
Temperantiam exerce, turpibus operibus abstine.
Ne imitare malitiam, iustitia uerò deleto uindictam.
Persuasio enim utilitatem, lis uerò litem regenerat.
Ne crede citißimè, antequàm uerè finem uideas.
Vincere bene operantes in pluribus decet.
Bonum hospitare potius frugalibus mensis,
Quã plurimis, dolosis, morantibus præter tempus.
Nunquàm fœnerator amarus fias uiro pauperi.
Neq; quisquam aueis nidi simul omneis accipiat.
Matrẽ uerò relinquas, ut habeas rursus ipsius pullos.

Nunquàm iudicare imperitos uiros ſinas.
Sapientiam ſapiens dirigit, artes uerò coartifex.
Non capit magnam doctrinam, indoctus audiendi.
Non enim ſanè intelligunt nunquam bona edocti.
Neque menſipetas aſſentatores fac ſocios.
Multi enim potus & cibi ſunt ſodales,
Tempus captantes ut ſatiari poßint.
Dolentes uerò paucis, & multis omneis inexpleti.
Populo ne crede, multimoda eſt turba.
Populus, & aqua, & ignis irretentilia omnia.
Neq; fruſtrà apud ignem ſedens diminuas carū cor.
Menſuram uerò fac deis, nam menſura eſt optima.
Terram impertire in ſepultis mortuis.
Ne tumulum mortuorum refodias, neq; non uidenda
Oſtendas ſoli, & dæmoniam iram excites.
Non bonum, compagem reſoluere hominis.
Et celeriter autem ex terra ſperamus in lucē ſuenire.
Reliquiæ defunctorum, poſteà uerò dei ſunt.
Animi enim manent incorruptibiles in mortuis.
Spiritus enim eſt dei uſus mortalibus & imago.
Corpus enim ex terra habemus, & omnes ad ipſam.
Soluti puluis ſumus. aër uerò iterum ſpiritū recipit.
Diuitijs ne parcas, memento quòd mortalis es.
Nō licet apud Plutonē diuitias habere, et pecūias fer=
Oēs æquales mortui, animis uerò deus dominatur. (re.
Cōmunia tecta domorum, æterna, & patria infernus.
Communis locus omnibus, pauperibusq́;, & regibus.
Non multum homines uiuimus tempus, ſed ad tempus.

Animus

Animus uerò immortalis & insenescibilis uiuit sẽper.
Neque malis doleas, neque exultes gaudio.
Sæpe in uita & in sperantibus infidum.
Tempori serui, ne refla uentis.
Nocumentũ & dolentibus, mali solutio uenit cito.
Ne magniloquentia rabiens, mentem debaccheris.
Beneloquentiam exerce, quæ ualde omnes iuuabit.
Telum sane sermo uiro incidentius est ferro.
Arma cuique tribuit deus, naturam aëripetam.
Auibus quidẽ multam uelocitatem, roburq; leonibus.
Tauris uerò per se fusis cornibus, aculeos apibus.
Innatũ adiutoriũ dedit, ratio uerò propugnaculũ ho-
Sed diuinæ sapientiæ ratio est optima. (minibus.
Melior forti est sapiens uir.
Agros & urbes sapientia, & nauem gubernat.
Non iustum celare iniustum uirum impunitum.
Sed oportet maleficum auersari necessario.
Sæpe commoriuntur malis coaßistentes.
Furum ne accipias furtiuum uirorum depositum:
Vtrique fures, & receptor & furator.
Portionẽ omnibus tribue, æqualitas in oĩbus optima,
Incipiens parce omnibus, ne tandem indigeas.
Ne iumenti mortalis cibum secundũ mensuram sume.
Iumentum uerò si inimici ceciderit in uia, coalleua.
Errantemq; hominem & mariuagum neque deuites.
Melius pro inimico adipisci amicum beneuolum.
Incipiens malum abscinde, uulnúsque sana.
Neque feriuoram edas carnem: ueloci pedibus uerò

Reliquias linque canibus, à feris feræ edantur.
Venena ne ſtrue, magicis libris abſtine.
Pueris tenellis ne corripias manum uiolenter.
Fuge diſcordiam & litem, bello adueniente.
Ne malo beneficeris, ſeminare æquè eſt in mari.
Operare laborans, ut ex proprijs uiuas.
Omnis enim iners uir uiuit furtiuis à manibus.
Neque alterius ex epulo edas reliquias menſæ,
Sed ex domeſticis uictibus comedas ſine contumelia.
Si uerò quis non didicit artem, fodiat ligone.
Eſt uitæ omne opus, cùm laborare uelis.
Nauta ſi nauigare uelis, latum mare.
Si uerò terræ laborem gubernare, longa ſane arua:
Nullum ſine labore eſt mortalibus facile opus.
Neque ipſis beatis, labor autem uirtutem ualde auget.
Formicæ terræ reconditas relinquentes domos,
Veniunt uictus egentes, quando rura
Frugibus tonſa, fructum implent areas.
Ipſæ autem tritici nuper tritum onus habent,
Aut hordeorũ, ſemper uerò ferens ferentẽ ſectatur.
Ex æſtate ad hyemem cibum ſuum auferentes.
Infatigabilẽ, genus aũt paruum eſt multum laborans.
Laborat autem aëriuada, optimúlabórque apis.
Aut petræ cauæ per cauernam, uel calamis.
Aut quercus antiquæ ſuper concauo intra aluearia.
Examinibus infinitatem per flores ceridomificans.
Ne maneas cælebs, ne ignominis pereas, (tus es.
Da aliqd naturæ & ipſe, gigne uerò rurſus, ſicut geni

Ne

Ne lenocineris uxorem, tuos filios polluens.
Non enim pariunt filios simileis mœchica cubilia.
Nouercam ne tange secunda cubilia patris,
Matrem uerò sicut honora, matris uestigia uadentem.
Ne sororis in abhorendum ueni cubile.
Neque in pellicaribus patris cubilibus misceаris.
Neq; mulier corrumpat infantem fœtũ intra uentrẽ.
Neq; cũ pepit canib9 iacat et uulturib9 dilaniatio=
Neq; suis suæ uxori prægnanti manũ inijciat. (neis.
Neq; rursus proliginã unquam seca masculũ puerũ.
Neq; brutis animalibus initorium ad cubile ueni.
Neq; iniuria afficias mulierẽ erubescendis cubilibus.
Neq; trãsgrediare cubilia naturæ in Venerẽ exlegẽ.
Neque ipsis feris masculus complacuit ad coitum.
Neque fœminæ cubile uirorum imitentur.
Neque in amorẽ mulierũ omnis ruas incontinentem.
Non enim amor deus est, paßio uerò obscura omniũ.
Neque autem fratrum uxorum ad strata accede.
Ama tuam uxorem, quid enim iucundius & melius,
Quàm cum uiro mulier sapit chara, senectam usque,
Et maritus suæ uxori? neq; cadat in medio discordia.
Neq; aũt qs indespõsatim per uĩ puellis pmisceatur.
Neque uxorem malam tuis domibus inducas.
Seruis uerò uxori, malæ gratia causa dotis.
Equos generosos inquirere quidem in domum,
Taurosq; alticeruices, sed catulos perferos.
Ducere uxorẽ uerò nõ bonã cõtẽdimus desipientes?
Neq; mulier malũ uirũ renuit, si diues sit.

Neq; nuptijs nuptias alias ducas in nocumento nocu=
Filijs ne difficilis sis, sed mitis esto, (mentũ.
Si uerò quid puer peccet, prohibeat filium mater,
Vel ualde senes generis, aut populi seniores.
Ne in masculo filio nutri ànanni gratia capillum.
Ne uerticẽ plicas, neq; uittas tortuosas corymborum.
Masculos non decet coma, delitiæ uerò mulieribus.
Pueri autem pulchri custodi iuuenilem horam.
Multi enim insaniunt ad masculã mistionem amoris.
Virginẽ autem custodi multiclauibus thalamis.
Neq; ipsam usq; ad nuptias ante ædeis conspici sinas.
Pulchritudo difficilis custoditu est liberorũ parẽtibus.
Cognatis amorem tribuas, sanctamq; concordiam.
Venerare canos temporibus, cede uerò senibus.
Sede, & honoribus omnibus, ætati uerò similem.
Senem æqualem patris æquis honoribus uenerare.
Ventris debitam portionem præbe seruis.
Seruo ordinata tribuas, ut tibi secundũ animum sit.
Signa ne scribas improperans seruum.
Seruum ne lædas quid malediœns ad dominum.
Accipe & consilium à seruo bene sapiente.
Castitates animæ tuæ corporis sunt purgationes.
Hæc iustitiæ mysteria magna degentes,
Vitam perficietis bonam usque senectutis limen.

Phocylidis Carminum finis.

